



I V S T I N I
EX TROGI POM-
PEII HISTORIIS EX-
ternis Libri X L I I I .

Accessit

De vita & moribus omnium Imperatorum S. Aurelio Victori addita Epitome, ex variis iisq; probatiss. autoribus collecta.

*



L V G D V N i,
Apud Antonium Vincentium,



DE UTILITATE LEGENDÆ HISTORIÆ Simon Græus lectori.



I Q V A M certa habet ad vitam documenta historia, tamea sit excerpere & usurpare cuius expeditem, mortalibus omnibus recta proximaque in uberrimos & fructuissimos historiæ campos sine mora irrumpendum iuticaremus. Quid enim vel iucundius vel utilius cogitari potest, quam in humanae vitæ theatro, quod illa partibus omnibus mirè instructum habet, sedentem, periculis aliorum sine suo periculo, cautum sapientemq; fieri: exempla capere omnigena, que ad usum tuum utiliter qualibet in re traducas: cumq; maximorum hominum de summis rebus maximis consilijs intersueris, id quod cupidissime homines auemus, eorundem etiam euentibus interesse: & quod per angustiam vitæ hominum impossibile sit alioqui, secula tota memoria coniungere: maximorum imperiorum auspicia, progressus, & finem videre: malorum seu priuatorum seu publicorum causas liquidè cognoscere: in omni ardua magnaq; re qui ante te periclitetur, qui in discrimine te præcedat, habere: nec usquam experimento certo destitui: ac, ut in summa dicam, è retroactis (quod propriè sapientis viri officium est) futura scienter in omnes euentus prospicere: praesentia iudicare? Sed enim cum tanto instructiores accedere decet, quanto fructibus uberioribus grauior historia est. & fæcundior: cumq; difficultas sit eadem &



q.

de sua, & de aliorum vita recte iudicandi: nec alienam quisquam quantumvis perspicaces hic finis, intueri recte possit, qui non potest suā: utrumque intelligitur, & summam hic difficultate versari, & multò antequam huc accedamus, non solum prudentia quadam ciuitatibus, sed vita totius certo proposito firmatos esse oportere: ni fluctuare animis, & miserè spectris vita inanibus circunduci perpetuò velimus. Quemadmodum enim in amplissimo, maximeq; multiplici, & omnigenis supedijs referto conuiuio sit, ut quanquam aliud alijs, paucis eadem, sua cuique voracibus omnia probentur, ac prout quisque palato est, sic praesenti lauitia afficiatur: tamen & modus sit aliquis, quem posuit natura, & alimenti genus certum, simplicèque & incorruptum maximè, maximè corporibus idoneum, à quorum alterutro quisquis discedit, & ultra vel modum, vel iudicium naturæ sibi indulget, incommodi plus ex istis voluptatibus, quam voluntatis reportet. Sic in illa totius vitæ humanae diuersitate, quanquam mille species, mille proposita sunt, ac qualiter est animo quisque & iudicio comparatus, sic de vita vel sua vel aliena sentiat: tamen unica virtutis vera callis est, quam qui scienter tenet, recte vita solus uititur: ceteri, quemadmodum illi in cœna dubia, cione omnia inuitent, quid potissimum sequantur, quo tendant, nec in sua ipsius, nec in aliena inuenire vita possunt unquam. At si quicquam est natura datum homini, quo cum recte uti contrarie liceat, hac uti circumspectissimè decebat. Quotus autem quisque est, obsecro, qui in omnia dicta, facta vel sua, vel aliena, regula virtutis adhibita, cautijs quam in cibos positos animaduerteret, quiq; se in isto quidem negotio non satis putet doctum;

doctum? Qua quidem in re mirum est quam se
fallant homines, dum historiam putant esse que
doceat legentem: quum ea materiam discendi tar
tum suspenditans, sic, quemadmodum conuiuum
illud, talem uniuersique præbeat usum, qualiter
ipsum est animo affectus. Alios igitur suauitate
lectionis abduci videmus, & voluptatem secu
ros, fructus illos pulcherrimos amittere. Iu ex o
mni historia non amplius queritur, quam quod
ad citharae cantum ocia fallentibus, scilicet mole
stiam temporis discutunt, maiori cum molestia
nox conflictatur. Nulla enim voluptas est, que
non respicit virtutem. Alios illa fulgens gloriae
species tantum sollicitat, ac(qua careris in rebus
animi flexibilitas est) in omnem eminentem &
excessam imaginem frustra transformat, obliuos, non
alio gloriae exempla scriptoribus posita, quam
ut virtutem secuti, gloriam ipsi quoque (si nulla
offeratur) contemnere: sin comes addatur, non in
solentibus animis perferre queamus. Ac cum ad
similem gloriam aspirare, sine simili virtute, ne
mo nisi stultus instruat: plerosque tamen vide
mus, tantum quia præclaras res legerunt, ar
duum quiddam sapere, multum sibi arrogare, ira
gœdis isti similes, qui personarum quas amplessi
mas preferebant, etiam posito habuu mores ini
tantur. Sunt etiam, atq; hi non pauci, quos noua
miraque sola oblectant, plebeijis animis homines.
qui Imperatorum more persæpe pluris purpuram
quam virum, emblemata quam opus ipsum fa
ciunt. Adeo miram vim in animis legentium
historia exercet. Iam cum excitare socordiam hu
manam, & aduersus pericula communire, vel
maxime propositum historia sit: & exemplorum
(quibus ad suadendum nihil potentius est) vis eò
maxime

Vide Eras. in
Chil.

maxime tendat: securitate hominum, nihil ad se aliena pericula pertinere credentium, sit, ut surda iacentique aure memorabilissima res audiantur leganturque. Denique sunt etiam, qui, quod minime putat, in illam ipsam seuerioris lectionis partem delinquant: quasi non ut gestae sunt, sed ut geri oportebat res, sic scribi quoque debeat. Igitur ex illa securitate partim, partim crapula lectionis promiscua, & temeraria, sit, velut ex humoribus corruptis, ut quadam iudicij, raxia, & opinionis, quam de vita rectissimam & sanam esse maximè decebat, & luxuria lubricumque vita propositum contrahatur: ac ut intemperantibus nil proficit alimentum, sic ad nos lectionis virilitas prorsus veniat nulla. Vides, arbitror, quonam pacto legendi historiam, & vitam cuique suam inspiciendi, ratio sic propemodum par. Ac prima quidem haec difficultas est, iudicij nostri peruersitas inquam: quæ facit, ut non quæ maximam ex sese vim habere exempla decet, sed quæ maxime inclinat, propendente animus, impellamur. Est verò & illa non minor, quod res gestas sic scriptores apponunt, ut non solum gratiam aliquam captent, sed palatum ipsi quoque suum secuti, ac veluti structores quidam, iudicium suum interponentes, ultro quadam laudibus tollant, ac quicquid videtur ipsis, nobis quoque sectandum putent. Quod quidem si facerent simpliciter, consentire, dissentire ve facilius sit. Nunc quemadmodum coqui gulam sepius, quam commodum heri speltant, ita lectorum etiam historicus, utinam non magna ex parte captaret. Igitur bifariam iam, & nostro iudicio, & pre-iudicio scriptorum, persape circunducimur, ut qui non nudas rescribant: Interpres enim gesta-

rum rerum historicus est , cuius iudicium si vi-
tio laborat, perinde sit, ut cum vinum ex sese ge-
nerosum & nobile, graueolentiam vel è vase con-
trahit, vel alioqui lenocinio deprauatur : que res
vel impostura, vel inscitia maxima est, & intol-
eranda. Videre vero tantum exemplo licet, quid
intersit iudicium scriptoris. Prophanus consilio &
industriae hominum magnarum rerum euentu
tribuens, quanquam mentiri se tot euentibus ex-
pertus, in miram stultitiam coniicit homines : us
quorum omnis notitia vix oculis subiectarum re-
rum considerationi sufficiens, vis autem & ro-
bur non longè vermiculos supergrediens : ab uno
leuique successu, terrarum orbu administratio-
nem arroget sibi. Sed initiatus ille secus : huma-
no consilio geri res quidem, sed diuino moderati-
onis docens, & stultitia liberat homines & super-
stitione, malo non minore. Per cetera quid in-
ter se generibus officiorum distent, debet esse bo-
nis quidem (quorum sacra omnia studia sunt) non
ignotum. Haec primum eo moneo, ut cum cen-
seam id genus autores, vel propter immensam
exemplorum innumerabilium vim quemmaxime
legendos, etiam hoc iuuenes cogitent, quam ve-
lint circunspicte sollicitaque legi, propositis tan-
tis vel fructibus, vel periculis. Perinde enim eue-
nit, si quis vel historiam obiter adeundam, vel
vitam ipsam temere, & citra exactam officio-
rum omnium conseruationem transfigendam du-
cat : quod rusticis, qui cum vicine urbis popula-
tione, pharmacopolium quoddam instructissimum
diriperent : & suavitate belliorum aromatum
que, in qua primum inciderant illecti, ceteraque
generis eiusdem rati, omnia haurirent, sorberent,
vorarent, glutirent, alijs correpti morbo, alijs phre-

nest, plerique exanimati sint, nemo non mirum
dis affectus, risus exercitu tato abortus. Ae-
que enim commodis, incommodis, ut vi-
ta, sic vita imago historia scaret:
in usu tantum vita, sita vi-
ta prudentia rotius
est. Vale. &
his bene
frue-
re.

IUST



I V S T I N I H I S T O-
rici Clarissimi in Trogij Pompeij historias exordium ad
Antoninum Imperatorem.



V V M multi ex Romanis etiam Consularis dignitatus viri, res Romanas Graco, peregrinoq; sermone in historiam contulissent: seu amulatione gloria, seu varietate & nouitate operis delectatus, vir prisca eloquentia Trogus Pompeius, Gracas, & totius urbis historias Latino sermone compo-
suit: ut cum nostra Gracè, Graca quoque nostra lingua legi possent, prorsus rem magni & animi & corporis aggressus. Nam cum plerisque auto-
ribus, singulorum regum vel populorum res ge-
stas scribentibus, opus suum ardui laboris videa-
tur, nonne Pompeius nobis Herculea audacia or-
bem terrarum aggressus videri debet, cuius libris
omnium seculorum, regum, nationum, populorumq;
res gestæ continentur? Et quæ historicæ Gracorum,
prout commodum cuique fuit, inter se * gregatim * certatim.
occupauerunt, omisæ quæ sine fructu erant, ea o-
mnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum
congesta composuit. Horum igitur quatuor &
quadraginta voluminum (nam totidem edidit)
per ocium, quo in urbe versabamur, cognitione
quæque digna excerpti. Et omisæ hui quæ nec co-
gnoscendi voluptate iucunda, nec exemplo erant
necessaria, breue veluti corpusculum florum feci:
ut haberent & qui Graca didicissent, quo admo-
nerentur: & qui non didicissent, quo instrueren-
tur.

16
tur. Quod ad te Imperator Antonine non tam co-
gnoscendi, quam emendandi causa transmisisti: si-
mul ut ocy mei, cuius & Cato reddendam
rationem putat, apud teratio consta-
ret. Sufficit enim mihi in hoc te-
pore iudicium tuum, apud
posteros, cum obtre-
ctationis inuidia
decesserit,
indu-
stria testimonium
habituro.



T S A T



I V S T I N I H I S T O-
r i c i in T r o g i P o m p e i j h i s t o-
r i a s L i b e r I .



R I N C I P I O rerum, gen-
tium, nationumque impe-
rium penes reges erat: quos
ad fastigium huius maie-
statis non ambitio popularis,
sed spectata inter bonos mo-
deratio prouehebat. Popu-
lus nullus legibus tenebatur:
arbitria principum, pro legibus erant. Fines im-
perij tueri magis, quam proferre, mos erat. Intra-
suam cuique patriam regna finebantur. Primus
omnium Ninus, rex Assyriorum veterem, & quasi Ninus,
autum gentium morem nova imperij cupidita-
te mutauit. Hic primus intulit bella finitimis:
& rudes adhuc ad resistendum populos ad Li-
byae terminos usque perdomuit: Fuere quidena
temporibus antiquiores, Sesostris rex Aegypti,
& Scythiae rex Tanaus: quorum alter in Pon-
tum, alter usq; Aegyptum excesit. Sed longin-
qua, non finitima bella gererant: nec imperium
sibi: sed populus suis gloriam quarebant, contenti
victoria, imperio abstinebant: Ninus magnitudi-
nem quasita dominationis continua possessione fir-
mauit. Domitus igitur proximis, cum accessione
virium fortior ad alios transiret, & proxima que-
que victoria instrumentum sequentis esset, totius
Orientis populos subegit. Postremum illi bellum
cum Zoroastre, rege Bactrianorum fuit, qui pri-
mus dicitur artes magicas inuenisse, et munus prin-
cipia, siderumque motus diligentissime spectas-
se. Hoc

sc. Hoc occiso, & ipse decepsit, relicto impubere ad-
Semiramis. *huc filio Nino, ex uxore Semiramide. Hac nec*
immature pueru ausa tradere imperium, nec ipsa
imperium palam tractare, tot ac tantis gentibus
vix patienter uni viro, nedium fæmina parituru,
simulat se pro uxore Nini, filium: pro fæmina,
puerum. Nam & statura utriusque mediocris, &
vox pariter gracilis, signa, forma, lineamentorum
equalitas matri ac filio similius. Igitur brachia
ac crura velamentis, tiara caput tegit: & ne no-
nu habitu aliquid occultare videretur, eodem
ornatu & populum vestiri iubet: quem morem
Exinde, p. in
huc usq; diē. *vestis exinde gens uniuersa tenet. Sic primis*
initijs sexum mentita, puer credita est. Magnas
deinde res gesit: quarum amplitudine, ubi in-
uidiam superatam putat, quæ sit fatetur, quém-
ue simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ad-
emit, sed admirationem auxit, quod mulier non
fæminas modo virtute, sed etiam viros anteiret.

Lacū Asphal-
item intelli-
git, de quo
Plin.lib.7. *Hac Babyloniam condidit, murumque urbis co-*
cto latere circundedit, arena, pice, bitumine in-
terstrato: quæ materia in illis locis passim è ter-
ra exastuat. Multa alia præclara huius reginae
fuere. Siquidem non contenta acquisitos à viro re-
gni terminos tueri, Aethiopiam quoque regno
suo adiecit. Sed & India bellum intulit: quo præ-
ter illam & Alexandrum Magnum, nemo in-
travit. Ad postremum cùm concubitum filij pe-

Semiramis
xlii. annos re-
gno potita. *tisset, ab eodem interficita est, duos & X L. an-*
nos post Ninum regno potita. Filius eius Ni-
nus contentus elaborato à parentibus imperio,
belli studia depositus, & veluti sexum cum ma-
tri mutasset, raro à viris visus, in fæmina-
rum turba consenuit. Posteri quoque eius ex-
empla sequunt, responsa gentibus per internun-
cios

Affyrii regna
uerunt annos
M. C C C.

etios dabant Imperium Assyrii, qui postea Syri dicti sunt annos M. C C C. tenuere. Postremus apud eos regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum quod nemini ante eum permisum fuerat) praefectus iphius, Medis praepositus; nomine Arbactus, cum admitti magna ambitione agrè obtinuisse, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nene: & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & oculorum lasciuia omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali fœmine tantum virorum subiectum, tractantique lanam, ferrum & arma portantes parere, progressus ad socios suos, quid viderit refert. Negat se ei parere posse, qui se fœminam malit esse, quam virum. Fit igitur coniuratio: bellum Sardanapalo infertur: quo ille audito, non ut vir regnum defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent, primo latebras circumspicit, mox deinde cum paucis & incompositis, in bellum progredivit. Viectus, in regiam se recipit, ubi extorta pyra, se & diuitias suas in incendium mittit, hoc solo imitatus virum. Post haec statuitur rex, interactor eius Arbactus, qui praefectus Medorum fuerat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert. Post multos deinde reges, per ordinem successionis, regnum ad Astiagē descendit. Hic per somnium vidit ex naturalibus filia, quam unicam habebat, vitam enatam, cuius palmitē omnis Asia obumbrabatur. Consulti harioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntetur, regnique ei amissionem portendi, responderunt. Hoc responsō perterritus, neḡ claro viro neque ciui dedit filia, ne paterna maternaq; nobilitas nepotis animo extolle

Sardanapali
mors virilis.
Vide Val.
max.



extolleret: sed de gente obscura tunc temporis Persarum, Cambysis mediocri viro, in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem somniū metu deposi-
Cyrus natus. traditur Har to, grauidam ad se filiam accersit, ut sub au-
pago occiden potissimum conspectu fœtus necaretur. Na-
dus.

tus infans datur occidendus Harpago, regis om-
nium conciliorum participi. Is veritus, si ad
filiam mortuo rege venisset imperium, eō quod
nullum Astyages virili sexus genuerat, ne illa
necati infantis ultionem, quam à patre non po-
nuisse, à ministro exigeret, pastori regij pecoris
puerum exponendum tradidit. Forte eodem tem-
pore & ipsi pastori filius natus erat. Eius igi-
tur uxor auditare regij infantis expositione, sum-
mis precibus rogat, sibi afferri ostendique pue-
rum cuius precibus fatigatus pastor, reuersus
in syluam, inuenit iuxta infantem canem fœ-
minam, paruulo ubera præbentem, & à feris
& alitibus defendentem. Motus etiam ipse mi-
sericordia, qua motam ipsam canem viderat, pue-
rum defert ad stabulum, eadem cane anxiè pro-
sequente: quem ut in manum mulier accepit, velu-
ti ad notam puer allusit, tatusque in illo vigor, &
dulcis quidam blandientis risus apparuit, ut pa-
storem uxor ulro rogaret, quò suum partum pro
illo exponeret, permitteretque sibi, siue fortune ip-
fius, siue spei suæ puerum nutritare. Atque ita per-
mutata sorte paruolorum, hic pro filio pastoris edu-
catur ille pro nepote regis exponitur. Nurici Spa-
eo postea nomen fuit, quia canem Persæ sic
vocant. Puer deinde cura inter pastores esset.
Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes
sorte delectus, cum per lasciviam contumaces
flagellis cecidisset, à parentibus puerorum quere-
la est regi delata, indignantibus à seruo regio in-
genios

genuos homines seruilibus verberibus affectos.
 Ille accersit puer & interrogato, cum nihil mutato vultu, fecisse se ut regem respondisset: admiratus constantiam, in memoriam somni reponisque reuocatur. Atque ita cum & vultus & similitudo, & expositionis tempus, & pastoris confessio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit. Ceterum Harpago amico suo infestus, in ultionem seruati nepotis, filium eius interfecit, epulansumque patri tradidit. Sed Harpagus ad presens tempus disimulato dolore, odium regis in vindicta occasione distulit. Interiecto * demum tempore cum * deinde adoleuisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut relegatus in Persas ab auro fuerit, ut occidi eum parvulum avus iussit, ut beneficio suo seruatus sit, ut regem offenderit, ut filium amiserit. Hoc tunc exercitum paret, & pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pollicitus: epistolaque, quia palam ferri nequibat, regis custodibus omnem aditum obscientibus, exenterato lepori inseritur, lepusque in Persas Cyroferendus, fido seruo traditur: addita sunt retia, ut sub specie venationis dolus lateret. Lectis ille literis eandem viam somnio aggrediri iussus est: sed præmonitus, ut quem primum postera die obuium haberet, socium cæpius assumeret. Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo eiusdem Medi, nomine Sybarem. Huius requisita origine, ut in Persis genitum audiuimus, dempiis compedibus, assumptoque comite, Persopolim urbem regreditur. Ibi convocato populo,

Affagis selus
nefandiss.



iubet omnes præstò cum securibus esse, & syluam
 via circundatam excindere. Quod cùm strenue ef-
 fecissent, eosdem postera die apparatus epulis ini-
 tut: deinde cùm alacriores ipso coniunctis factos vi-
 deret, rogat, ut si conditio proponatur, utrius
 vitæ sortem legant, hæsternine laboris, an præsen-
 tium epularum, præsentium ut acclamauere om-
 nes, ait: Hæsterno similem labori omnem vi-
 tam acturos, quoad Medis pareant, se secutos, ho-
 diernis epulis. Letis omnibus, Medis bellum infert.
 Astyages meritis sui in Harpago oblitus, sum-
 mam belli eidem committit: qui exercitum acce-
 ptum statim Cyro per deditiōnē tradidit, regis
 crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod
 ubi Astyages audiuit, contractis undique au-
 xilijs, ipse in Persas proficiscitur: & repetito
 alacrius certamine, pugnantibus suis, partem
 exercitus à tergo ponit, & in tergiuersantes ferro
 agi ut in hostes iubet: ac denunciat suis, ni vi-
 cerint, non minus fortes etiam post terga inuentu-
 ros, quam à frontibus viros: proinde videant fu-
 gientibus hæc, an illa pugnantibus acies rumpen-
 das sit. Ingens post necessitatē pugnandi animus
 exercitui eius accessit. Pulsā itaque cùm Persarū

Persarum mu- acies paulatim cederet, matres & uxores eorum
 tierum fortis- obuiam occurrunt, orant in prælium reuertantur:
 eudo. cunctibus, sublata veste, obscena corpori often-
 dunt, rogates num in uteros matrum vel uxorum
 velint refugere? Hac represi castigatione, in præ-
 lium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant,
 fugere compellunt. In eo prælio Astyages capitur:
 cui Cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit, nepo-
 temque in illo magis, quam victorem se gesit.
 eumque magime gentes Hyrcanorum prospexit:
 nam ipse reuerti in Medos voluit. Hic finis

Medorū imperī fuit. Regnauerunt annis CCCC.
 In initio regni, Cyrus Cybarem, quem iuxta no-
 sturnum usum ergastulo liberauerat, comi-
 sémque cæporum in omnibus rebus habuerat,
 Persis proposuit: sororēmque suam ei in matrimo-
 nium dedit. Sed ciuitates Medorum, quæ tribu-
 tariae fuerant, mutato imperio, etiam conditio-
 nem suam mutatam arbitrantes, à Cyro defece-
 runt quæres multorum bellorum Cyro causa &
 origo fuit. Domitis demum plerisque, cum aduer-
 sus Babylonios bellum gereret, Babylonij rex Ly-
 dorum Crœsus, cuius opes & diuitiae insignes ea
 tempestare erant, in auxilium venit: victusque
 iam de se solitus, in regnum refugit. Cyrus
 quoque post victoriam, compotis in Babylonia
 rebus, bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna
 priorus pralij perculsum iam Crœsi exercitum,
 nullo negotio fundit. Crœsus ipse capitur. Sed
 quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior
 victoria fuit. Crœso & vita, & patrimonij par-
 tes, & urbs Barcæ concessa sunt: in qua eis non
 regiam vitam, tamen proximam magestatæ re-
 gie degeret. Hæc clementia non minus vittori,
 quam victo utilis fuit. Quippe ex uniuersa Græ-
 cia, cognito quod illatum Crœso bellum esset, auxi-
 lia velut ad commune extinguendum incendium
 confluabant. Tantus Crœsi amor apud omnes ur-
 bes erat, ut passurus Cyrus graue bellum Graciæ
 fuerit, si quid in Crœsum crudelius consuluisseisset.
 Intericto deinde tempore, occupato in alijs bel-
 lis Cyro: rebellauere Lydi quibus iterum vicit, ar Arma adem-
 ma & equi adempti: iusque cauponias ludicras pta Lydis. Et
 artes, & lenocinia exercere. Et sic gens indu-
 stria quandam potens, & manu strenua, effe- ablit, Lydus
 minata molitie, luxuriāque, virtutem pristinam cauponatur.

Crœsus rex
Lydorum.

perdidit: & quos ante Cyrum inuictos bella p̄fitterant, in luxuriam lapsos, ocium ac desidia superauit. Fuere Lydis mulii ante Cr̄esum reges varijs casibus memorabiles, nullus tamen fortunæ Candaulis comparandus: cui cism uxorem suam quam propter pulchritudinem nimium diligebat, omnibus prædicaret, non contentus uomulta in matrimonio.

Reticenda luptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret, prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset: ad postremum ut affirmationi sue fidem faceret, eam

Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo factō & amicum in adulterium uxoris illicitum, hostem sibi fecit, & uxorem ueluti tradidit alijs amore, à se alienauit. Nam breui post tempore cædes Candaulis nuptiarum præmium fuit. Uxor mariti sanguine dotata, regnum viri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia, & uniuerso Oriente in potestatem redacto, Scyti bellum intulit. Erat autem eo tempore Scycharum regina Thomyris, que non multe-

Thomyris Scycharum regi- briter adueniu hostium territa, cum prohibere eos posset, vadum Araxis fluminis transire permisit, & sibi feliciorem pugnam intra regni sui terminos rata, & hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorē. Itaque Cyrus transiit copijs, cum aliquantis per in Scythiam processisset, castrametatus est. Deinde postera die, cum simulato metu, & quasi refugiens castra deseruerisset, vinum affatim, & ea quæ erant epulis necessaria, reliquit. Quod cum nuntiatum regine esset, adolescentulum filium, ad inseguendos eum cum tertia parte copiarum mittit.

De Cyri ca- Curius lib. 3. rris nonnihil à Iustino variat. Cur- litaris adolescentis, veluti ad epulas, non ad prælum venisse

venisset, omisso hostibus, infuetos barbaros vina
onerare se patitur: priusque Scythæ ebrietate,
quam bello vincuntur. Nam cognitus his, Cyrus
reversus per nocte, securos opprimit, omnésque Scy-
thas cum regina filio interficit. Amisso tanto exer-
itu, & quod grauius dolendum, unico filio, Tho-
myris orbitatus dolorem non in lacrymas effundit,
sed in ultioris solatia intendit, hostesque recen-
ti victoria exultantes, pari insidiarum fraude
circunuerit. Quippe simulata diffidentia, pro-
pter vulnus acceptum refugiens, Cyrus ad us-
que angustias perduxit: Ibi compositus in mon-
tibus insidijs, ducenta millia Persarum cum
ipso rege trucidauit. In qua victoria etiam illud
memorabile fuit, quod neque nuntius tanta clau-
dis quidem supersuit. Caput Cyri amputatum in
vitrem humano sanguine repletum coniici regina
iubet, cum hac exprobratione crudelitatis: S A-
TIA TE SANGVINE, inquit, Q V E M
SIT ISTI CVIVS Q Y E I N S A T I A B I-
LIS S E M P E R F V I S T I. Cyrus regnauit Cyrus regna
annis XX X. non initio tantum regni sed conti- uit annis. 30.
nuò totius temporis successu, admirabiliter insi-
gnis. Huic succedit filius Cambyses, qui imperio Aegyptii sa-
patris Aegyptum adiecit: sed offensus superstitione perfidiosi.
nibus Aegyptiorum, Apis, ceterorumque Deo-
rum aedes dirui iubet. Ad Ammonis quoque
nobilissimum templum expugnandum, exercitum
mitrit: qui tempestatibus & arevarum moli-
bus oppressus, interiit. Post hæc per quietem vi-
dit fratrem suum Smerdem regnaturum: quo
somnia exterritus, nō dubitauit post sacrilegia etiā
parricidium facere. Erat enim difficile ut parceret
suis, qui contemptu religionis, grassatus etiam con-
tra Deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium

Cyri mors
Vide Herod.

Magum quendam ex amicis delegit, nomine Co-
marim: Interim ipse gladio sua sponte euagi-
nato, in femore grauiter vulneratus occubuit:
pœnasque luit seu imperati parricidij, seu sacri-
legij perpetrati. Quo nuncio accepto, Magus ante
famam amissi regis occupat facinus: prostra-
toque Smerde, cui regnum debebatur, fratrem
suum subiecit Oropasten. Erat enim oris & corpo-
ris lineamentis persimilis: ac nemine subesse do-
lum arbitrante, pro Smerde rex Oropastes
constituitur. Quæ res eò occultior fuit, quod
apud Persas persona regis sub specie maiestatis
occultitur. Igitur Magi ad sauorem populi conci-
liandum, tributa & militiæ vacationem in trien-
nium remittunt: ut regnum quod fraude quæsie-
rant, indulgentia & largitionibus confirmarent.
Quæ res suspecta primo Otani viro nobili. & in
coniectura sagacissimo fuit. Itaque per internun-
tios querit a filia, quæ inter regias pellices erat,
an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire
ipsam ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singu-
le separatim recludantur. Tum pertrectare dor-
mienti caput iubet: nam Mago Cambyses aures
virisque præciderat. Factus deinde per filiam
certior sine auribus esse regem, optimatibus Persa-
rum rem indicat: & in cædem falsi regis impulsos

Septem in
Magum con-
juratio: sacramento religionis obstringit. Septem tantum
conscijs fuere huius coniurationis, qui ex continentia,
ne dato in pœnitentiam spatio, res per quenquam
narraretur, occultato sub veste ferro, ad regiam
pergunt: Ibi obvijs interfectis, ad Magos perue-
niunt: quibus ne ipsis quidem animus in auxi-
lium suum defuit. Siquidem stricto ferro, duos de
coniuratis interficiunt. Ipsi tamen corripiuntur
& pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus
Magum,

Magum, cunctantibus socijs, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur: vel per suum corpus adigi. Mago ferum iusit: fortuna tamen ita regente, illo incolumi Magus interficitur. Occisis Magis, magna quidem gloria recuperati regni principum fuit: sed multo maior in eo, quod cum de regno ambigerent, concordare potuerunt. Erant enim & virtute & nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem aequalitas faceret. Ipsi igitur viam inuenierunt, qua de se iudicium religioni & fortuna committerent. Pacti inter se sunt, die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus ante solus ortum hinnituvr primus edidisset, is rex esset. Nam & Solem unum Deum Persae esse credunt: & equos eidem Deo sacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hystraspis filius, cui de regno solicito, equi custos ait, si ea res victoriam moraretur, nil negotij superesse: proinde nocte equam pridie ante constitutam diem ad eundem locum ducit, ibique equa equum admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum quod euenerit. Postera die cum ad statutam horam omnes venissent, Darij equus cognito loco ex desiderio fæmina hin nitum statim edidit: & segnibus alijs felix auspicium domino primus emisit. Tanta moderatio ceteris fuit, ut auditio auspicio, confessim equis desilierint, & Darium regem salutarint: populus quoque uniuersus, securus iudicium principum, eundem constituit regem. Sic regnum Persarum, semper nobilissimorum virtute quæsumum, tam leui momento in unum collocatum est. Incredibile prorsus hoc tanta pietate gestisse eos: quod ut eriperent à Magis, mori non recusarint: quanquam prater formam, virtutemque hoc imperio dignam.

& cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus fuit. Principio igitur regni, Cyri regis filiam, regalibus nuptijs regnum firmaturus, in matrimonium recepit: ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reuersum videtur. Interiecto deinde tempore, cum Assyrū descivissent, & Babyloniam occupassent, difficilisque urbis expugnatio esset, & tuante rege, unus de interfectoribus Magorum, Zopyrus nomine, domi se verberisenda virtus, bus lacerari toto corpore iubet: nasum, & labia.

& aures sibi praecidi: atque ita regi inopinantis se offert. Attonitum, & querentem Darium causas, autorēmque tam foedae lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet, formatōque in futurum consilio, transfugae titulo Babyloniam proficiuntur: ibi ostendit populo laniatum corpus. Quā sortitione, tur crudelitatem regis, à quo in regni * portione, non virtute, sed auspicio: non iudicio hominum, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplum capere, quid hostibus cauendum sit. Hortatur ne mænibus magis quam armis confidant, patienturque se commune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas viri pariter & virtus omnibus erat: nec de fide timebant, cuius veluti pignora, vulnera corporis, & iniuria notas habebant. Constituit ergo dux omnium suffragio, & accepta parua manu semel atque iterum cedentibus consultò Persis, secunda prælia fecit. Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit, urbēmque ipsam in potestatem eius rededit. Post hac Darius rex bellum Scythis infert, quod sequenti volumine referetur.

Iustini Lib. II.

In relatione rerum à Scythis gestarum, que satis amplè magnificèque fuerūt, principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia, quam imperium habuere: nec virorum magis, quam fæminarum virtutibus elaruere. Quippe cùm ipsi Parthos, Bactrianosque, fæmina autem eorum Amazouum regna condiderint, prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit uter apud eos sexus illuſtrior fuerit. Scytharum gens antiquissima semper habita: quanquam inter Scythas & Aegyptios diu contentio de generis vetustate fuerit. Aegyptijs prædicantibus, initio rerum cùm aliæ terræ nimio feroore solis arderent, aliæ rigarent frigoris immanitate, ita ut non modo generare homines, sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent, priusquam aduersus calorem vel frigus velamenta corporis inuenirentur, vel locorum vitia quaesitis arte remedij tollirentur. Aegyptum ita temperata semper fuisse, ut neque hyberna frigora, nec aestivi solis ardores incolas eius premerent: Solum ita secundum, ut alitorum nulla terra feracior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent. Contrà, Scythæ cæli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum putabant. Quippe naturam cùm primum incrementa calorii & frigoris regionibus distinxerit, statim ad locorum patientiam, animalia quoque generasse: sed & arborum atque frugum pro regionum conditione, aptè genera variata. Et quato Scythis sit cælum asperius quam Aegyptijs, tanto & corpora & ingenia esse duriora.

Hec aliter
Herod.

Aegypti cæ-
li clementia.

riora. Cæterum si mundi, quæ nunc partes sunt,
 aliquando unitas fuit: sive illuuiæ aquarum prin-
 cipio rerum terras obrutas renuit: sive ignis, qui
 Ignis mundū
 genuit. & mundum genuit, cuncta possedit: utriusque pri-
 mordū Scythas origine præstare. Nam si ignis
 prima possessio rerum fuit, qui paulatim extin-
 etus, sedem terris dedit, nullam prius quam Se-
 ptentrionalem partem hyemu frigore ab igne se-
 cretam, adeò ut nunc quoque nulla magis rigeat
 frigoribus. Aegyptum verò, & totum Orientem
 tardissimè temperatum, quippe qui etiam nunc
 torrēti calore Solis exestuat. Quod si omnes quon-
 dam terræ summersæ profundo fuerunt, profectò
 editissimam quanque partem decurrentibus aquis
 prius detectam, humilimo autem solo eandem
 aquam diutissimè immoratam: Et quantò prior
 quæque pars terrarum siccata sit, tanto prius
 animalia generare cœpisse. Porro Scythiam adeò
 editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina
 ibinata in Maeotida, tum deinde in Ponticum,
 & in Aegyptium mare decurrant. Aegyptum
 autem (quæ tot regum, tot seculorum cura im-
 pensaque munita sit, & aduersus vim decurren-
 tium aquarum tantis instructa molibus, tot fofis
 concisa, ut cum his arceantur, illis recipiantur
 aqua, nihilominus coli, nisi expulso Nilo, non po-
 tuerit) nec posse videri hominum vetustate ulti-
 ma, qua sive exaggerationibus regum, sive Nili
 trahentis limum, terrarum recentissima videa-
 tur. His igitur argumentis superatis Aegyptijs,
 antiquiores semper Scythe visi. Scythia in Orien-
 tem porrecta, includitur ab uno latere Tente, &

De his Curt. ab altero montibus Rhiphæn: à tergo Asia &
 lib. 7. Thasi flumine: multum in longitudinem &
 latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli:
 neque

neque enim agrum exercent, nec domus illis villa,
aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora sem-
per pascentibus, & per incolas solitudines erra-
re solitis. Vixores liberosque secum in plaustris ve-
hunt: quibus corijs imbrium hyemisque causa te-
ctis, pro domibus utinuntur. Iustitia gentis inge-
nys culta, non legibus. Nullum scelus apud eos Apud Scy-
furto grauius. quippe sine tecto, munimentoque thas scelus
pecora & armenta habentibus quid saluum esset, nullum furtum
si furari liceret? Aurum & argentum perinde
aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. La-
ete & melle vescuntur. Lanæ yjs usus ac vestium
ignotus: & quanquam continuis frigoribus vrani-
tur, pellibus tamen ferinis aut murinis* vestim- *utuntur.
tur. Hec continentia illis morum quoque iusti-
tiam dedit, nihil alienum concupiscentibus. Quip-
pe duitiarum cupido ibi est, ubi & usus. Argue
utinam reliquæ mortalibus similis moderatio, &
abstinentia alieni foret. Prefectò non bellorum
tantum per omnia secula terræ omnibus conti-
nuaretur, neque plus hominum ferrum & arma,
quam naturalis fatorum conditio raperet. Pror-
sus ut admirabile videatur, hoc illis naturam
dare, quod Graci longa sapientum doctrina, pre- Cultores Scy-
ceptisque philosophorum consequi nequeunt, cal- tharū mores
rōsque mores inculta barbaris collatione supera- quam Graco
ri. Tantò plus in illis proficit vitiorum ignoratio,
quantò in his cognitio virtutis. Imperium Asie
ter quasiuere Scythæ, ipsi perpetuò ab alieno im-
perio aut intacti, aut inuiti mansere. Darium
regens Persarum, turpi à Scythia summuere fu-
ga: Cyrum cum omni exercitu trucidarunt: Ale-
xandri Magni ducem Zapyronam pari ratio-
ne cum copijs vniuersis deleuerunt. Romanorum
audiuere, non sensere arma. Mox Parthicum &

Bactrianum imperium ipsi condiderunt. Gens & laboribus & bellis aspera, Vires corporum immenses, nihil parare, quod amittere timeant, nihil vicitores præter gloriam concupiscunt. Primus Scythius bellum intulit Sesostris rex Aegyptius, missis prius legatis, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythe iam antea de aduentu regis à

Hec erat ha- finitimus certiores facti, legatis respondent: Mira-
mo aureo pi- scari, ut Au- mur tam opulentu populi ducem, stolidè aduer-
gust. Cæsar di- sus inopes occupasse bellum, quod magis domi fue-
cere solebat. rit illi timendum, quod belli certamen anceps, pra-
mia victoria nulla, damna manifesta sint. Igi-
tur non expectaturos Scythas ut ad se veniatur,
cum tanto sibi in hoste plura concupiscenda sint,
ultraque prodituros obuiam. Nec dictum res mo-
rata: quos cum tanta celeritate venire rex di-
dicisset, in fugam vertitur, & exercitu cum omni
apparatu belli relicto, in regnum trepidus se re-
cepit. Scythes ab Aegypto paludes prohibuere.
Exinde reuersi Asiam perdemitam, vectigalem
fecerunt, modico tributo magis in titulum impe-
ry, quam in victoria præmium imposito, quindecim
annis pacando Asia morati, uxorum flagi-
tatione reuocantur, per legatos denuntiantur, ni
redeant, subolem se ex finitimis questuras, nec

Asia Scylis passuras ut in posteritatem Scytharum genus per
per 1500 an- fæminas intercidat. Huic igitur Asia per mille
nos veſigia- quingentos annos vectigalis fuit. Pendendi tribu-
lis.

* **Scolopitus** Plinos & * Scholpythus, per factionem optimatum
domo pulsi, ingentem iuuentutem secum traxere.

Meminit The- & in Cappadocia ora, iuxta amnem Thermo-
mischyræ i.e. gionis Plin. doonta confedere, subiectosque Themiscyreos cam-
lib. 6. cap. 3. pos occupauere. Ibi per multos tot annos spoliare
finitos

& finitimos consueti, conspiratione populorum, per ini-
 nen fidias trucidantur. Horum uxores, cùm viderent
 vi- exilio suo additam orbitatem, arma sumpsere, fi-
 cy- nesque suos summoquentes primò, mox inferentes
 is- bella, defendunt. Nubendi quoque finitimus ani-
 di- mum omisere, seruitutem, non matrimonium ap-
 à pollantes, singulare omnium seculorū exemplum.
 Auxere rem publicam sine viris, iam etiam cùm
 r- cōtemptu virorum se tuantur. & ne feliciores alię
 e- alijs viderentur, viros qui domi remanserant, in-
 z- terficiunt. Vitionem quoque casorum coniugum
 i- excidio finitimorum consequuntur. Tunc pace ar-
 s- mis quæsita, ne gens interiret, concubitum finiti-
 m- morum ineunt. Siqui mares nascerentur, interfici-
 e- ebantur. Virgines in eundem ipsum morem, non
 o- otio, neque tamficio, sed armis, equis, venationibus
 exercebant, inustis infantium dexteroribus mam-
 mis, ne sagittarum iactus impediretur, vnde ^{Vnlmāmē in-}
 Amañones dictæ sunt. Duæ reginæ his sucre, de dictæ Ser-
 Marpisia & Lampedo, quæ in duas partes agni- ^{uius in} Virg.
 ne diuiso, incolytæ iam opibus vicibus gerebant
 bella, sollicitè terminos alternis defendantes: & ne
 successibus deesset autoritas, generatas se Mar-
 te prædicabant. Itaque maiore parte Europæ
 subacta, Asia quoque nonnullas ciuitates occupa-
 uere. Ibi Epheso, multisque alijs urbibus conditi,
 partem exercitus cum ingenti præda domum re-
 mittunt. reliqua quæ ad tuendūm Asia imperium
 remanserant, concursu barbarorum cum Marpe-
 sia regina interficiuntur. In cuius locum filia eius
 Orithya regno succedit. Cui præter singularem
 belli industriam, eximia seruata in omne eum
 virginitatis admiratio fuit. Huius virtute tan-
 tum additum gloria & fama Amazonicis est,
 ut Herculi rex, cui x i l. stipendia debebat, quasi

impossibile imperauerit, ut arma regina Amazonum sibi afferret. Igitur eò profectus longis noctem nauibus, comitate principum Gracia iuventute, inopinatè aggreditur. Due ex quatuor nunc sorores Amazonum regna tractabant, Antiope

Hercules quo & Orithya, quarum Orithya foris bellum gera-
stu Amazobat. Igitur cum Hercules ad litus Amazonum

applicuisset, infrequens multitudo cum Antiopa regina nihil hostile metuente, erat. Quare effe-
ctum est, ut paucæ repentinò tumultu excitatae, arma fumerent, facilènque victoriam hostibus darent. Multæ itaque casæ, captiæque: In his due
captiæ sunt Antiopæ sorores, Menalippe ab Her-
cule, Hippolyte a Theseo. Sed Theseus obtenta in
præmium captiua, eandem in matrimonium assu-
mit: ex ea genuit Hippolytum. Hercules post vi-

Balteum suis ötoriam, Menalippen captiuam sorori reddidit,
se dicunt Poë & pretium arma regina accepit. Atque ita im-
ter.

perio functus, ad regem reuertitur. Sed Orithya
ubi comperit bellum sororibus illatum, & rapterem
esse Atheniensium principem, hortatur comi-
tes in ultionem, frustraque & Ponti sinum, &
Asiam domitam esse dicit. si Gracorum non tam
bellis, quam rapinis pateant. Auxilium deinde à
Sigillo rege Scytharum petit. Genus se Scytha-
rum esse, cladem virorum, necessitatē armorum,
belli causas ostendit: affectusque virtute ne se-
gniores viris fœminas habere Scytha videantur.

Motus ille domestica gloria, mittit cum ingenti

Amazones equitatu filium Penaxagoram in auxilium. Sed
ab Atheniis. ante prælium dissensione ortā, ab auxilijs deser-
ta, bello ab Atheniensibus vincuntur. Receptacu-
lum tamen habuere castra sociorum, quorum au-
xilijs intactæ ab alijs gentibus, in regnum reuertuntur.

Post Orithyiam, Penthesilea regno potita
est,

est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cum auxilium aduersus Gracos ferret, magna virtutu documenta exitere. Interficta demum Penthesilea, exercitūque eius absumpto, paucæ qua remanserant, agrè se aduersus finitos defendentes, usque ad tempora Alexandri magni durauerunt. Harum Minthia, sive Thalestris regina concubitu Alexandri per dies X IIII. ad sobolem ex eo generādam obtento, reuersa in regnum, breui post tempore cuna omni Amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, cum annis V II. à conjugibus & liberis absfuisserent, seruili bello domi excipiuntur. Quippe Scytharū ad coniuges eorum longa expectatione virorum fesserunt seruos sæ, nec iam teneri bello, sed deletos rata, seruis ad custodiam pecoris relictis nubunt: qui reuersos cū victoria dominos, velut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuissest, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus, sed cum seruis præliandum, nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem non tela ferenda, omissoque ferro, virgas & flagella, ceteraque seruili metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostes accessere, inopinantibus verbera intentant, adeoque illos perurbant, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent, fugamque non ut hostes vici, sed ut fugitiui serui capesserent: quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus fuerunt. Mulieres quoque male sibi conscient, partim ferro, parum su spendio vitam finierunt. Post hoc apud Scythes pax fuit, usque ad tempora Lanthini regis. Huic Darius Persicus rex Persarum, sicut supra dictū est, cum satum rex filia eius nuptias non obtinuisset, bellum intulit: & armatis

XIII. ex
Curt.lib.6.

armatis septingentus millibus hominum Scythian gen
ingressus: non facientibus hostibus pugnae potesta- deinde
rem, metuens ne interrupto ponte Istri, reditus sibi dicitur,
intercluderetur, annis nonaginta millibus homi- pto
num trepidè refudit: quæ iactura abundate mul- ctes
titudine inter damna numerata non est. Inde pat-
Asiam & Macedoniā domuit. Ienae quoque na- Cō
uali prælio superat. Demum cognito, quod Athē-
nienses Ionibus auxilium cōtra se tulissent, omnem xess
impetum belli in eos conuertit. Nunc quoniā ad seu
Atheniēsum bella Atheniensium ventū est, quæ non meō vlt
mobilis origo. tra spem gerēdi, verume iā ultra. gesti fidē pa- aer
trata sunt, operāque Atheniensium effectu maio- res
ra quānī voto fuerunt: paucis verbis origo repe- eue
tenda est, quia nō ut cæterā gentes à fōrdidis ini- sup
tīs ad summa creuere. Soli enim præterquām in- sen
ercentio, etiam origine gloriantur. Quippe nō ad- se
L. Flacco. uenae, neque paſsim collecta populi colluuius origi- eo t
nem urbi dedit: sed in eodem nati solo, quod inco- pra
lunt, & quæ illi sedes, eadem origo est. Primi la- gu,
nificij & olei & vini usum docuere. Arare quo- ing
que, & serere frumenta, glande vescientibus mon- qui
strauerunt. Literæ certè ac facundia, & hic ciui- tnu
Cecropē cur lis ordo discipline veluti templum Athenas ha- dū
antiquitas bi bent Ante Deucalionis tempora regem habuere
formē fixe- Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulata
rit.
Cranaus. est, biformen prodidere, quia primus marem fœ- R
Amphytrien. mina matrimonio iunxit. Huic sucesit Granaus,
cuius filia Atthis regioni nomen dedit. Post hunc
Amphytrion regnauit, qui primus Minerua ur- pro
bem sacrauit & nomen ciuitati Athenas dedit. sus
Huius temporibus aquarum illuuiies maiorem
partem Gracia absumpit. Superfiuere quos refu- tib
gia monsum receperunt, aut ad regem Thessaliae
Deucalion. Deucalionem ratibus vecti sunt: a quo propterea
genus

FERNANDA

Cecropē cur lis ordo discipline veluti templum Athenas ha- dū
antiquitas bi bent Ante Deucalionis tempora regem habuere
formē fixe- Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulata
rit.
Cranaus. est, biformen prodidere, quia primus marem fœ- R
Amphytrien. mina matrimonio iunxit. Huic sucesit Granaus,
cuius filia Atthis regioni nomen dedit. Post hunc
Amphytrion regnauit, qui primus Minerua ur- pro
bem sacrauit & nomen ciuitati Athenas dedit. sus
Huius temporibus aquarum illuuiies maiorem
partem Gracia absumpit. Superfiuere quos refu- tib
gia monsum receperunt, aut ad regem Thessaliae
Deucalionem ratibus vecti sunt: a quo propterea
genus

iam genus hominum conditum dicitur. Per ordinem
 festa. deinde successio regnum ad Erichtheum descen- Erichtheus.
 sib[us] sit, sub quo frumenta satio, apud Eleusin à Tri-
 omi. ptolemo reperta est, in cuius munera honorem no-
 nul. Ites initiorum sacrae. Tenuit & Aegeus Thesei.
 Inde pater Athenus regnum, à quo per diuortium de-
 na. sedens Medea, propter adulteram priuigni etatę,
 the Colchos cum Medo filio ex Aegeo suscepso, con-
 nem cesit. Post Aegeum Theseus, ac deinde post The-
 seum filius Demophoon, qui auxilium Græcis ad-
 ut. versus Troianos tulit, regnum possedit. Erant in-
 pa. ter Athenienses & Dorienses simultatum veter-
 zio. res offensae, quas vindicaturi bello Dorienses, de-
 pe. cidentu bellii ora. uila consuluerunt. Responsum,
 ni. superiores fore, ni regem Atheniensium occidi-
 in. sent. Cum ventum esset in prelium, militibus an-
 ad. ge omnia, custodia regis precipitur. Atheniensibus Cedrus rex
 gi. eo tempore rex Cedrus erat qui & responso dei, &
 co. preceptis hostium cognitus permutato regis habi-
 a. tis, pannosus farmenta collo gerens, castra hostium
 o. ingreditur: ibi in turba obstantium, à milite,
 n. quem falce astu vulnerauerat, interficitur. Co-
 gnito regis corpore, Dorienses sine prelio disce-
 a. dunt. Atque ita Athenienses virtute ducis, pro
 re salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur.
 ta Post Codrum nemo Athenis regnauit, quod me-
 e. moriae nominis eius tributum est. Administratio
 ss. Reipub. annuis magistratibus permissa est. Sed ci-
 ne statu nullæ leges tunc erant: quia libido regum
 r. pro legibus habebatur. Eligitur itaque Solon, vir
 t. iustitia insignis, qui velut nouam ciuitatem le-
 n. gibus conderet, qui tanto temperamento inter ple-
 iem Senatumque egit ut siquid pro altero ordi-
 e. zet tulisset, & alteri displiceturum videretur, ab
 à utrisque parem gratiam traheret. Huius viri
 in

Solon legum
conditor.

inter multa egregia, & istud memorabile fuit. Inter Athenienses & Megarenses de proprietate Salamina insulae, propè usque ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Solitus igitur Solon, ne aut tacendo parum Reip. consuleret, aut censendo periculum sibi afferret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modo prohibita, sed facturus erat. Deformis habitu, more ve-

Carmina scrip-
pta sūt apud Diogenē lacrō cordium in publicum euolat, factōque concursu hominum.

minum, quò magis consilium dissimulareret, insolitis sibi versibus suadere populo cœpit, quod vetabatur: omniumque animos ita cepit, ut exemplò belium aduersus Megarenses decerneretur, insulaque deuictis hostibus Atheniensium fieret. Inter ea Megarenses memores illati ab Atheniensibus bellī, & veriti ne frustra arma mouisse videbentur, matronas Atheniensium in Eleusinis sacris noctu oppressuri, naues condescendunt. Qua re cognita, dux Atheniensium Pisistratus iuuentu-

Pisistrati so-
lētem in insidijs collocat, iussis matrenis solito clā-
lertia in opere more, ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne in-
primendis ho-
stib[us] rēlectos se sentiat, sacra celebrare, egressosque na-

uib[us] Megarenses inopinantes aggressus, deleuit,
ac protinus classe captiuaria intermixtis mulieribus,
ut speciem captiuarum matronarum præberent.
Megaram contendit. Illi cum & nauium formā,
& petram prædam agnoscerent, obuij ad portum
procedunt: quibus casis, Pisistratus paululum à
capienda urbe absuit. Ita Megarenses suis dolis
hosti vitioriam dedere. Sed Pisistratus quasi sibi,

Pisistratus ty-
rannidē occu-
pat. non patriæ vicisset, tyranidem per dolum occu-
pat. Quippe verberibus volūtarījs domi afflētus,
laceratōque corpore in publicum progrederit, &
adnotata

aduocata concione , vulnera populo ostendit , de
 crudelitate principum ; à quibus hor se passum si-
 mulabat , queritur : adduntur vocibus lacrymæ , &
 inuidiosa oratione multitudo credula incenditur ,
 amore plebis inuisum se Senatui affirmat , obtinet
 ad custodiam corporis sui satellitum auxilium ,
 per quos occupata tyrannide per annos X X X -
 I I I . regnauit . post cuius mortem Diocles , alter
 ex filijs , per vim suprata virgine , à fratre puel-
 la interficitur . Alter Hippias nomine , cùm impe-
 rium paternum teneret , imperfectorem fratris com-
 prehendi iubet , qui cùm per tormenta conscos cæ-
 dis nominare cogeretur , omnes amicos tyranni no-
 minauit : quibus imperfectus , quærenti tyranno , an Fortissimi eu
 adhuc reliqui conscijs essent : nemo , ait , superest , iusdam in tor-
 quem amplius mori gestiam , quam ipsum tyran- mentis factū.
 num : qua voce eiusdem tyranni se victorem , post
 vindictam pudicitia sororis ostendit . Huius vir-
 tute cùm admonita ciuitas libertatis esset , tan-
 dem Hippias regno pusus , in exilium agitur : qui
 profectus in Persas , ducem se Dario , inferenti
 Atheniensibus bellum , sicuti suprà significatum
 est , aduersus patriam suam offert . Igitur Athe-
 nienses audito Darij aduentu , auxilium à Lace-
 damonij sociis ciuitate petierunt . Quos ubi
 viderunt quatridui teneri religione , non expecta-
 to auxilio , instructis decem milibus ciuium , &
 Platænisibus auxiliarj mille , aduersus sexcenta
 millia hostium in campos Marathonios in præ-
 lium egrediuntur . Miltiades & dux belli erat , &
 autor non expectandi auxilij , quem tanta fiducia
 ceperat , ut plus præsidij in celeritate , quam in so-
 cijs duceret . Magna igitur currētibus in pugnam
 alacritas animorum fuit , adeò , ut cùm reelle pas-
 sus inter duas acies essent , citato cursu ante iactus .

sagittarum ad hostem venirent: nec audacia eius
 Persae vi&gileuentus defuit. Pugnatum est enim tanta virtus
 Milciadæ A-te, ut hinc viros, inde pecudes putares. Vixi Per-
 thenicel. duce. scilicet in naues configerunt, ex quibus multæ suppresa-
 sa multæ capta. In eo prælio tanta virtus singulo-
 rum fuit, ut cuius laus prima esset difficile iudi-
 cium videretur. Inter cœceros tamen Themisto-
 clis adolescentis gloria emicuit, in quo iam tunc in-
 Cynegeti vltimales futura Imperatoria virtutu apparuit. Cyne-
 giri mirabilis. giri quoq; militis Atheniensis gloria magnis scri-
 ptorum laudibus celebrata est: qui post prælij in-
 numeras cedes, cum fugientes hostes ad naues egis-
 set, onus tam nauem dextra manu tenuit: nec prius
 dimisit, quam manum amitteret. Tum quoque
 amputata dextra, nauem sinistra comprehendit,
 quam & ipsam cum amississet, ad postremum mor-
 su nauem detinuit. Tantam in eo virtutem fuisse,
 ut non rot cadibus fatigatus, non ambabus ma-
 nibus amissis vultus, ad postremum truncus, &
 veluti rabida fera dentibus dimicauerit. Ducenta
 millia Persæ eo prælio sine nauigio, amiserunt. Ce-
 cedit & Hippias tyrannus Atheniensis, autor &
 concitator ciuius belli, dñs patriæ vltoribus pœnas
 repetentibus. Interea & Darius cum bellum restau-
 raret, in ipso apparatu decidit, relictu multis filijs,
 & in regno, & ante regnum suscepit. Ex hi Ar-
 tabalanus maximus natu etatis priuilegio, regnum
 sibi vindicabat: quod ius & ordo nascendi, & na-
 tura ipsa gentibus dedit. Porro Xerxes contro-
 uersiam non de ordine, sed de nascendi felicitate
 adferebat. Nam Artabanum primum quidem
 Dario, sed priuato prouenisse, se regi primum na-
 tum. Fratres itaq; suos qui antè geniti essent pri-
 uato, priuatum patrimonium, quod eo tempore Da-
 ris habuisset, non regnum sibi vendicare posse, scilicet
 esse

esse primum quem in regnum rex pater sustule-
 rit. Huc accedere, quod Artabazanes non patre
 tantum, sed & matre priuata adhuc fortunæ, auo
 quoq; materno priuato, creatus sit: se verò & ma-
 tre regina natum, & patrem non nisi regem vi-
 disse, auum quoque maternum Cyrum regem ha-
 buisse, non hæredem, sed conditorem tanti regni.
 Itaq; et si aequo iure virunque fratrem pater reli-
 quisset, materno se tamen iure & aucto vincere.
 Hac certamen concordi animo ad patruum suum
 Artaphernem, veluti ad domeslicum iudicem de-
 ferunt, qui domi cognita causa Xerxem proposuit:
 adeoq; fraterna contentio fuit, ut nec victor exul-
 tauerit, nec vicitus indoluerit, ipsoq; litu tempore
 iniucem munera miserint, & incunda quoque in-
 ter se non soluni credula coniuicia habuerint: iudi-
 cium quoque ipsum sine arbitris, siue conuicio fue-
 rit. Tanto moderatius tum fratres inter se regna
 maxima diuidebant, quanto nunc exigua patri-
 monia patiuntur. Igitur Xerxes bellum a patre
 cæptum aduersus Græciam, per quinquennium Demarati La-
 instruxit. Quod ubi primū didicit Demaratus rex cedemoniorū
 Lacedæmoniorum, qui apud Xerxem exulabat, regis solertis-
 amicior patriæ post fugam, quam regi post benefi-
 cia, ne inopinato bello opprimeretur, omnia in ta-
 bellis ligneis magistratibus prescribit, easdémque
 cera superinducta delet, ne aut scriptura sine te-
 gmine indicium daret, aut recens cera dolum pro-
 deret. Fido deinde seruo perferendas tradit, ius-
 so magistratibus Spartanorum tradere. Quibus
 perlatis, Lacedæmonie quæstiōni res diu fuit,
 quod neque scriptum aliquid viderent, nec fru-
 stra missas suspicarentur, tantoque rem maiorem,
 quanto sit occultior, putabant. Harentibus in
 conjectura viris, soror regis Leonidæ consilium

scribentis inuenit. Erasa igitur cera, belli consilia deteguntur. Iam Xerxes septingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis parauerat: ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata, Græciā nque omnem vix capere exercitum eius potuisse. Nones quoque decies centum millia numero habuisse dicitur. Huic tanto agmini dux desuit. Ceterum si regem speches, diuitias, non ducem laudes, quarum tanta copia in regno eius fuit, ut cum flumina multitudine consumerentur, opes ramen regiae superessent. Ipse autem primus in fuga, postremus in pælio semper visus est: in periculis timidus: sicubus metus abfasset, inflatus. Denique autem experimentum belli, fiducia virium, veluti naturæ ipsius dominus, & montes in planum deducebat, & conuexa vallum aquabat, & quedam maria pontibus sternebat, quedam ad nauigationis commodum, per compendium ducebat: Cuius introitus in Græciam quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Nанque cum Leonides rex Spartanorum cum quatuor milibus militum angustias Thermopylarum occupasset, Xerxes contemptu paucitatis, eos pugnam capeſſere iubet, quorum cognati Marathonia pugna interficti fuerant: qui dum ulcisci suos querunt, principum cladi fuere succedente deinde inutili turbâ, maior cædes editur. Triduo ibi cum dolore & indignatione Persarum dimicatum: quarto die, quum munitiatum esset Leonida à X. milibus hostium summum cacumen teneri, tunc hortatur socios recedant, & se ad meliora patriæ tempora referuant, sibi cure Spartanis fortunam experientam, plura patriæ quam vita debere, ceteros ad presidia Grecia fernandos. Auditore regis imperio discessere ceteri, soli Lacedæmoni

Xerxes ad
Thermopylas
pugna.

illa monū remanserunt. Initio huīs belli sciscitanti-
 bus Delphī oracula, responsū fuerat, aut regi
 Spartanorū, aut urbi cadendum. Et idcirco cūn-
 rex Leonides in bellū proficisci eret, ita suos fir-
 mauerat, ut ire se parato ad moriendum animo
 scirent. Angustias propterea occupauerat, ut cum
 paucis aut maiore gloria vinceret, aut minore da-
 mno Reip. caderet. Dimissis igitur sociis, hortatur
 Spartanos, meminerint, qualiter cung p̄larien-
 tur, cadendum esse: cauerent, ne fortius mansisse,
 quam dimicasse videantur: nec expectandum ut
 ab hoste circumuenirentur, sed cūm nox occasionem
 daret, securis & latis superueniendum, nusquam
 victores honestius, quam in castris hostium peri-
 turos. Nihil erat difficile persuadere persuisis mo-
 ri: statim arma capiunt & sexcenti viri in ca-
 stra quingentorum millium irrumunt, statimq;
 regi prætorium petunt, aut cūm illo, aut si ipsi op-
 pressi essent, in ipsius potissimum sede morituri. Tu-
 mulitus totis castris oritur. Spartani postea quam
 regem non inueniunt, per omnia castra victores
 vagantur, cadunt, sternuntq; omnia, ut quiscent
 se pugnare non spe victoria, sed in moriu ultione.
 Prælum à principio nostis in maiorem partē diei
 tractum. Ad postremum non vīcti, sed vincendo
 fatigati, inter ingentes stratorum hostium catē-
 uas occiderūt. Xerxes duobus vulneribus terrestri
 prælio acceptis, experiri Marius fortunam statuit.
 Sed Atheniensium dux Themistocles, cūm ani-
 maduertisset Ionas, propter quos bellū Persar-
 rum rex suscepserat, in auxiliū regi classe venisse,
 sollicitare eos in partes suas statuit. Et cūm col-
 loquendi copiā non haberet, quo applicaturi erant
 symbolos propom, & saxis prescribi curat. Quæ vos
 Iones dementia tenet? quod facinus agitatu? bel-

lum inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus cogitatis? An ideo mania vestra condidimus, ut essent qui nostra deterent? quid si non hec & Dario prius, & nunc Xerxi belli causa nobiscum foret, quod vos rebellantes non destabilimus? quin vos in hac nostra castra ex ista obfitione transitis? Aut si hoc parum tutum est vos commisso pratio ite cessim, inhibete remos, & a bello discedite. Ante naualis prali congresionem miserat, Xerxes quatuor millia armatorum Del-

Appollinis te phos, ad templum Apollinis diripiendum, prorsus plum diripit quasi non cum Gracis tantum, sed cum dys immortalibus bellum gereret: que manus tota im-

bribus, & fluminibus deleta est, ut intelligeret,

QVANTO GRAVIOR OFFENSA DEORVM ESSET, TANTO NULLAS ESSE HOMINVM ADVERSUS DEOS VIRES. Post hac Thespias,

Xerxes Atheneas incendit: & Plateas, & Athenas hominibus vacuas incen-

dit: & quoniam ferro non poterat in homines, in edificia igne graffatur. Namque Athenienses post pugnam Marathoniam, praeponente Themistocle victoriaram illam de Persis, non finem, sed causam maioru belli fore, C. C. naues fabricauerunt.

Aduentante igitur Xerxe, consulentibus Delpho oraculum, responsum fecerat salutem muris li-

gneis ruerentur. Themistocles nauum praesidium demonststratum ratus, persuadet omnibus, patriam municipes esse, non mania, ciuitatemque non in

adficys, sed in ciubus positam. Melius itaque salutem naubus, quam urbi commissuros: huius sententia etiam Deum autorem esse. Probato conflio, coniuges liberosque cum pretiosissimis rebus abditis insulis relictis urbe demandant. Ipsi na-

ues armati concidunt, exemplum Athenien-

si

sum

iam sum & aliae urbes imitatae. Itaque cum adunata
 con- omnis sociorum classem, & intenta in bellum naua-
 non le esset, angustiasque Salaminij freti, ne circunue-
 sua niri à multitudine possent, occupassent. dissensio in-
 si- cer ciuitatum principes oritur: qui cum deserto
 si- bello ad sua tuenda dilabi vellent, timens The- Themistocles,
 callidas.
 mis tocles, ne discessu sociorum vires minuerentur,
 à per seruum fidum Xerxi nunciat, uno in loco eum
 contractam Graciam posse capere facsimile. Quod
 si ciuitates que iam abire vellent, dissipentur,
 maiore labore ei singulas consecandas. Hoc dolo
 impellit regem signum pugnae dare. Graci quoque
 aduentu hostium occupati, praeium collatis viri-
 bus capessunt. Interea rex velut spectator pugna
 cum parte nauium in littore remanet. Artemis-
 sia autem regina Halicarnassi, quæ in auxilium
 Xerxi venerat, inter primores duces bellum a- Xerxis timidi
 cerrimè ciebat. Quippe ut in viro muliebrem ti- tas notatur.
 morem, ita in muliere virilem audaciam cerne-
 res. Cum anceps praeium esset, Iones iuxta prace-
 ptum Themistoclis, pugna se paulatim subtrahere coeperunt: quorum defectio animos cæteris fre-
 git. Itaque circunspectientes fugam pelluntur Per Xerxis fugi-
 sa, & mox prælio victi, in fugam vertuntur. In turpisima.
 qua trepidatione multæ summersæ naues, mul-
 ta captæ sunt: plures tamen non minus sauitiam
 regis quam hostem rimentes, domum dilabun-
 tur. Hac clade perculsum, & dubium consilij
 Xerxem Mardonius aggreditur. Hortatur ut
 in regnum abeat, ne quid seditionis moueat fra-
 ma aduersi belli, & in maius, sicuti mos est,
 omnia extollens, sibi C C C milia armatorum
 lecta ex omnibus copijs relinquant, qua manu
 aut cum gloria eius perdomitum se Graciam.
 aut si aliter euentus ferat, sine eiusdem infamia

hostibus cessurum. Probato consilio, Mardonio exercitus traditur, reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed Graci audita regis fuga, consilium ineunt pontis interrumpendi: quem ille Abydo velut vitor mari fecerat, ut intercluso aditus, aut cum exercitu deteretur, aut desperatione rerum, pacem viiit us petere cogeretur. Sed Themistoclis prudens calli Themistocles timens, ne interclusi hostes desperationem in virtutem verterent, & iter quod alter non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Gracia remanere dictans, nec augeri numerum retinendo oportere, cum vincere consilio ceteros non posset, eundem seruum ad Xerxem mittit, certorēmque consilij facit, & occupare transitum matura fuga iubet. Ille perculsus nuncio, tradit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiccit trepidus. Erat res spectaculo digna, & ad estimationem rerum humana sortis varietate miranda, in exiguo larentem videre nūgio, quem paulò antè vix equor omne capiebat: carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem, terra graues erant. Nec pedestribus copijs, quas ducibus assignauerat, felicitus iter fuit. Siquidem quotidiano labore (neque enim illa est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde diem inopia contraxerat & pestem, tantaque factas morientium fuit, ut viae cadaveribus implerentur, alitesque & bestia esca illecebris sollicitata exercitum sequerentur. Interim Mardonius Olynthum in Gracia expugnat. Atheniensis quoq; in spem pacis, amicitiamque regis sollicitat, stondens incensae eorum urbis etiam magis restitutionem.

stitutionem. Posteaquam nullo pretio libertatem
vidit his venalem, incensis quæ redificare cœpe-
rat, copias in Boeotiam transfert. Eò & Græcorum
exercitus, qui centum millium fuit, sequutus est.
Ibique prælium commissum, sed fortuna regis cum
duce mutata non est. Nam vietus Mardonius,
veluti ex naufragio cum paucis prefugit, castra
referta regalis opulentia capta. Vnde primum
Gracos, diuiso inter se auro Persico diuitiarum
luxuria cepit. Eodem fori è die quo Mardonij co-
piæ delectæ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub
monte Mycale aduersus Persas dimicatum est.
Ibi ante congreſionem, cùm clæſes ex aduerso
ſtarent, fama ad utrumque exercitum venit, vi-
cisse Græcos, & Mardonij copias occidione occi-
disse. Tantam famæ velocitatem fuisse, vt cùm
matutino tempore prælium in Boeotia commis-
sum fit, meridianis horis in Asiam, per tot ma-
ria, & tantum spatij, tam breui horarum mo-
mento, de victoria nunciatum fit. Confecto bel-
lo, cùm de præmijs ciuitatum ageretur, om-
nium iudicio Atheniensium virtus cæteris præla-
ta. Inter duces quoque Themistocles princeps ciui-
tatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ ſue
auxit. Igitur Athenienses aucti & præmijs belli,
& gloria, urbem ex integro condere moluntur.
Cum mœnia maiora complexi fuissent, ſuſpecti es-
ſe Lacedæmonijs cœpere, recte reputantibus, qui-
bus ruina urbis tantum incrementi dediſſet,
quantum fit datura munita ciuitas. Mittunt er-
go legatos, qui monerēt, ne munimenta hōſtibus &
receptacula futuri rursus belli extruant. Themis-
tocles ut vidit ſpej urbis inuideri, non existimās
abruptè agendum, respondit legatis, ituros Lacæ-
damona, qui de ea re pariter cum illis consultent.

Græcorum
avaritia vnde
primum.

Themistocles
præ cæteris
laude corona

Sic dimissis Spartanis hortatur suos, ut opus maturent. Deinde ipse intericto tempore in legationem prudens calliditas.

simulata, nunc tarditatem collegarum acci fans, sine quibus agi iure nihil possit diem de die proferringo, spatiū consummando operi quarebat: cum interim nunciatur Spartamis, opus Atheniensium maturari, propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratus scribit Atheniensium, Lacedemonum legatos vinciant: pignusque tenent, ne in se grauius consulatur: adit deinde concionem Lacedemoniorum, indicat permunitas Athenas esse, & posse illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum Athenie in hoc pignus retentos. Grauster deinde castigat eos, quod non virtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quererent. Sic dimissus, veluti triumphatis Spartanis, à ciuibus excipitur. Post hæc Spartani, ne vires ocio corrumperent, & ut bis illatum à Persis Græcia bellum velisceretur, ultro fines eorum depopulantur. Duxem

Pausanias, suo, sociorumque exercitui deligit Pausaniam,

qui pro ducatu regnum Græciae affectans, proditio-

nū præmium cupi Xerxe, nuptias filia eius pa-

cscituit, redditis captiuū, ut fides regis aliquo be-

neficio obstringereetur. Scribit præterea Xerxi,

Cogylus Creteensis literas pertulit. Pro quo scunque ad se nuncios misisset, interficeret, ne

res loquacitate hominum proderetur. Sed dux

Atheniensium Aristides belli socius electus, col-

lega conatibus obuiam eundo, simul & in rem

sapienter consulendo, proditiois consilia disceus-

sit. Nec multò post accusatus Pausanias dam-

natur. Igitur Xerxes cum proditiois dolum pu-


blica

blicatum videret, ex integro bellum instituit.
 Graci quoque ducem instituunt Cimonem Athemensem, filium Milciadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est) iuuenem, cuius magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcere coniectum, ibique defunctum, translatus in se vinculis ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium fecellit. Siquidem non inferior virtutibus patru, Xerrem terrestri, naualique bello superatum, trepidum se recipere in regnum coegerit.

Iustini Lib. III.

XErxes rex Persarum terror antea gentium, bello in Graecia infeliciter gesto, etiam suis contemptui esse cepit. Quippe Artabanus prefectus eius, deficiente quotidie regis maiestate, in spem regni adduxus, cum septem robustissimis filiis regiam vesperi ingreditur: nam amicitiae iure semper illi patebat: trucidatog rege, voto suo obstantes filios eius, dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe puero admodum, fingit regem à Dario, qui erat adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum: impellit Artaxerxem parricidum parricidio vindicare. Cum ventum esset ad domum Dary, dormiens inuentus, quasi somnum fingeret, interficitur. Deinde cum unum ex regis filiis sceleri suo superesse Artabanus videret, metueretur que de regno certamina principum, assumit in societatem consilij Baccabasum, qui praesenti statu contentus rem prodit Artaxerxi, ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidijs suspicione oppressus, ut denique ipsi pararentur insidia. His cogniti

Artabanus.

Hic Lögimus
nus dittus
fuit.


cogniti

cognitus Artaxerxes verens Artabani numerum
filiorum in posterum diem paratum esse exerci-
tum, armatumque iubet, recogniturus & nume-
rum militum. & in armis industriam singulo-
rum. Itaque cum inter ceteros & ipse Artabanus
armatus assisteret, rex simulat se breviorem lo-
ricam habere, iuber Artabanum secum commu-
nare: exuentem se, ac nudatum gladio traiecit.
Tum & filios eius corripi iubet: atque ita egre-
gius adolescens, & cedem patris, & necem fratris,
& se ab insidijs Artabani vindicauit. Dum
haec in Persis geruntur, interea Graecia omnis du-
cibus Lacedaemonijs & Atheniensibus in duas di-
uisa partes, ab externis bellis, velut in viscera sua
arma conuertit. Fiunt igitur de uno populo duo
corpora, & eorundem castrorum homines in duos
hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedaemonij
communia quondam ciuitatum auxilia ad vires
suas trahebant. Inde Athenienses & verustate gen-
tis, & gestis rebus illustres, proprijs viribus confi-
debant. Atque ita duo potentissimi Graecia popu-
li institutis Solonis & Lycurgi legibus pares, ex
emulatiene virium in bellum rurbanit. Namque
Lycurgus cum fratri suo Polibita Spartanorum
regi successisset, regnumque sibi vendicare potui-
set, Charilaos filio eius, qui natus posthumus fue-
rat, cum ad etatem adultam venisset, regnum
summa fide restituit, ut intelligerent omnes, quan-
to plus apud bonos pietatis iura, quam omnes opes
valerent. Medio igitur tempore dum infans con-
ualescit, tutelamque eius administrat, non haben-
tibus Spartaniis leges instituit, non inuentione ea-
rum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil
quid præstare lege vlla in alios sanxit, cuius non ipse primus in
debeant. sed documenta daret. Populum in obsequia princi-
pum.

Legulatores rum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil
quid præstare lege vlla in alios sanxit, cuius non ipse primus in
debeant. sed documenta daret. Populum in obsequia princi-
pum.

pum, principes ad iustitiam imperiorum forma-
uit. Parfimoniam omnibus suis, existimans la-
borem militiae assidua frugalitatis consuetudine
faciliorem fore. Emi singula non pecunia, sed com-
pensatione mercium iusfit: auri argentique usum
velut omnium scelerum materiam sustulit. admi-
nistrationem Reip. per ordines diuisit. Regibus
potestatem bellorum, Magistratibus iudicia &

Monarchia

Oligarchia.

Democratia.

annuas successiones. Senatu custodiam legum, Po-
pulo sublegendi Senatum, vel creandi quos vellet
magistratus, potestatem permisit. Fundos om-
nium equaliter inter omnes diuisit, ut æquata pa-
trimonia neminem potentierem altero redderent.
Coniuari omnes publicè iusfit, ne cuius diuitie,
vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus vero amplius
una veste uti toto anno permisum, nec quæquam
cultius quam alterum progredi, nec epulari opu-
lentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pue-
ros puberes non in forum, sed in agrum deduci pre-
cepit, ut primos avnos non in luxuria, sed in opere,
& in laboribus agerent. Nihil eos somni causa sub-
sternere, & vitam sine pulmō degere, neq; prius
in urbem redire, quam viri facti essent. Statuit
virgines sine dote nubere: iusfit ut in uxores elige-
rentur, non pecunia: seueriusque matrimonia sua
viri coercerent, cum nullis dotis frenis tenerentur.

Maximum honorem non diuitum & potentium,
sed pro gradu etatis senū esse voluit. Nec sanè us-
quam terrarum locum honoratiorem senectus ha-
bet. Hac quoniam prīmo solitis anteā moribus, du-
ra videbantur esse, autorem eorum Apollinem
Delphicum singit, & inde se ea ex precepto numi-
ni detulisse, ut consuētū tedium metus religio-
nis euincat. Deinde ut aeternitatē legibus suis da-
ret, iure iurando obligat ciuitatem, nihil eos de eius
legibus

Abiit hoc in
proverbiū,
In sola Spar-
ta expedī se
nescere.

legibus mutaturos, priusquam reuerteretur: & simulat se ad oraculum Delphicum proficisci, consultorum quid addendum, mutandumque legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam ibique perpetuum exilium egit, abiectaque in mare ossa sua moriens iussit, ne relatus Lacedamona, solutos se Spartani religione iuris iurandi in disoluendis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui cinctas *cenualuit, ut cum Messenys propter stupras virgines suas, in solenni Messeniorum sacrificio bellum intulissent, grauissima se execratione obstringerent, non prius quam Messeniam expugnassent, reuersuros, tantum sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes: Quae res initium dissentionis Graecia, & incesti belli causa & origo fuit. Itaque cum contraria presumptionem suam annis decem in obsidione urbis tenerentur, & querelis uxorum post tam longam viduitatem reuocarentur: veriti ne hac perseverantia belli grauius sibi, quam Messenys nocerent: quippe illis quantum iuuentutis bello intercidat, mulierum fecunditate suppleri: sibi & belli donna assida, & fecunditatem uxorum absentibus viris nullam esse. Itaque legunt iuvenes ex ea genere militum, qui post iurandum in supplementum venerant: Quibus Spartam remissa promiscuos omnium feminarum concubitus permisere, maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulae per plures viros experirentur. Ex his natu, ob notam materni pudoris, Parthenys sunt vocati: qui cum ad annos XX. peruenissent, metu inopia (nulli enim pater existebat, cuius in patrimonium successio speraretur) ducem Phalantum assumunt, filium Araci, qui autor Spartani fuerat, iuuentutis ad generandam sobolem domum re-

Parthenii va
de sic dicti.

mittenda: ut sicuti dudum patrem eius nascendi
habuissent autorem, sic ut ipsum spei ac dignitatis
sua haberent. Itaque nec salutatus matribus è qua-
rum adulterio infamiam collegisse videbantur, ad
sedes requirendas proficisciuntur, diuque & per
varios casus iactati, tandem in Italiam deferun-
tur, & oppugnata erce Tarentinorum, expugna-
tis veteribus incolis, sedem sibi constituant. Sed
post annos plurimos dux eorum Phalantus, per
seditionem in exilium perturbatus, Brundusium
se contulit, quo expulsi sedibus suis veteres Taren-
tinii concesserant. Is meriens persuadet, ut essa sua,
Postremaque reliquias conterant, & tacite spar-
gi in foro Tarentinorum curent. Hoc enim modo
recuperare illos patriam suam posse. Apollinem
Delphis cecinisse. Illi arbitrantes eum in ultio-
nem sui, fata ciuium prodidisse, praeceptis paruere:
sed oraculi diuersa sententia fuerat: perpetuitatem
enim urbis, non amissionem hoc facto promiserat.
Ita ducis exulis consilio, & hostium ministerio pos-
sessio Tarentina Parthenys in eternum fundata,
ob cuius beneficij memoriam Phalanto diuinos ho-
nores decreuere. Interea Mesenij cum virtute non Messenii per
possent, per insidias expugnantur. Deinde cum gnantur, 
per annos LXXX. grauia seruituris verbera,
plerunque vincula, cateraque captiuitatis malitia
perpepsi essent, post longam peccarum patientiam,
bellum restaurant. Lacedamonij quoque eò con-
spiratus ad arma concurrunt, quo aduersus ser-
uos dimicaturi videbantur. Itaque cum hinc iniu-
ria, inde indignitas animos acueret, Lacedamonij
de belli euentu oraculo Delphis consulto, iubentur
ducem belli ab Atheniensibus petere. Porro Athe-
nienses cum responsum cognouissent, in contem-
ptum Spartanorum Tyrtaum poëtam claudum
pede

pede misere, qui tribus prælijs fusus, eo usque desperationis Spartanos adduxit, ut ad supplementum exercitus, seruos suos manumitterent: hisque interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tantum amissorum ciuium, sed & dignitati succederent. Sed reges Lacedæmoniorum ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitum voluerunt, ni interuenisset Tyrtaeus, qui composita carmina exercitui pro concione recitauit, in quibus hortamenta virtutis, dæmoniorum solatia, belli consilia conscripserat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, ut non de salute, sed de sepultura solidi, tesseras, insculptis suis & patrum mominibus, dextro brachio deligarent: ut si omnes aduersum prælium consumpsisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepultura possent. Cum sic animatum reges exercitum viderent, curant rem hostibus numerare. Messenij autem non timorem res, sed amulationem mutuam dedit. Itaque tantu animis concursum est, ut raro unquam cruentius prælium fuerit. Ad postremum tamen Victoria Lacedæmoniorum fuit. Intericto tempore tertium quoque bellum Messenij reparauere: in cuius auxilium Lacedæmonij inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere, quorum fidem cum suspectam haberent, superuacuos eos simulantes, à bello eosdem demiserunt. Hanc rem Atheniensis grauiter ferentes, pecuniam quæ erat in stipendium Persici belli ab una uera Græcia collata, à Delo Athenas transferūt, ne deficiētibus à fine societatis Lacedæmonij, præda ac rapina esset. Sed nec Lacedæmonij quiete: qui cù Messeniorū bello occupati essent, Peloponenses immisere, qui bellum

Tyrtæus Poëta.

Erat enim De
Ius comuni
xario, ut au
tor est Pro
bus in vita
Ariæ.

bellum Atheniensibus facerent. Parva tunc tem-
 poris, classe in Aegyptum missa, vires Athenien-
 sis erant. Itaque nauali prælio dimicantes, fa-
 cile superantur. Intericto deinde tempore, post re-
 ditum sociorum aucti, & clasii, & militum rebo-
 re, prælium reparant. Iam & Lacedæmonij omis-
 sis Messenij, aduersus Athenenses arma verte-
 rant. Diu varia victoria fuit: ad postremū equo
 Marte utrinque discessum. Inde reuocati Lace-
 dæmonij ad Messeniorum bellum, ne mediū tem-
 pus otiosum Atheniensibus relinquenter, cū The-
 banis paciscuntur, ut Bœotiorum imperium his
 restituerent, quod temporibus Persici belli ami-
 serant, ut illi cum Atheniensibus bella suscipie-
 rent. Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus
 bellis impliciti, suscipere tertium non recusarent,
 dummodo inimicis suis hostes acquirerent. Igitur
 Athenenses aduersus tantam tempestatem bel-
 li, duos duces deligunt. Periclem spectatae virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdia-
 rum, qui diuerso exercitu, Spartanorū agros va-
 stauerunt, & multas Achæas ciuitates Athenien-
 sium imperio adiecerunt. His malis fracti Lace-
 dæmonij, in annos XX X pepigerunt pacem, sed
 tam longum otium inimicitiae nō tulerunt. Itaque
 intra quindecim annos rupto fædere, cum cōtemp-
 tu Deorum hominūque fines Atticos populan-
 tur. Et ne prædam potius, quam pugnam expe-
 tisse viderentur, hostes ad prælium vocant. Sed
 Athenenses, cōsilio Periclis ducis, populationis in-
 iuriam differunt in tempus ultionis, superuacuā
 pugnam existimantes, cū uicisci hostem sine
 periculo possent. Deinde interictis diebus, naues
 conseruantur, & nihil sentientibus Lacedæmonij,
 tam Spartā deprendantur, multoque plura au-
 d. fernunt.

Athenenses
à Peloponen-
sibus vieti.

Pericles de
cuius laudi-
bus. Thucidi-
des lib. 2.

ferunt, quām amiserant. Prorsus in comparatione
ne damnorum, longē plurimi fuerit ultio, quām
ira. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita,
sed multò clarior priuati patrimonij contemptus
fuit. Huic agros in populazione cæterorum inta-
ctos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi
posse, aut periculum ex inuidia, aut ex suspicione
Idem fecisse Annibalē nar prodictionis infamiam. Quod antè prospiciens Pe-
rat Liuius De ricles, & futurum populo prædixerat, & ad inui-
cad. 3. lib. 2 in dia impetum declinandum agros ipsos dono Reip.
prædiis Di-
tatoris Fa- dederat. Atque ita unde periculum quasitum
bij Maximi fuerat, ibi maximam gloriam invaserat. Post hac
estque Peri interiectis diebus, nauali prælio dimicatum est: vi-
clem imita- ëti Lacedemonij fugerunt. Nec cessare deinceps
tus Fabius. pretiū enim est, quin aut terra, aut mari varia præliorum for-
pædiorū venatura inuicem se trucidarent. Denique fessi ro-
ditorū in re- malis, pacem in annos quinquaginta fecere, quam
demptionem captivorū cō- non nisi sex annis seruauerūt. Nam inducas, quas
uertit.

proprio nomine condixerant, ex sociorum persona
rum pebant: quippe quasi minis periurij contra-
herent, si ferentes socijs auxilia potius, quam si
aperto prælio dimicassent. Hinc bellum in Sici-
liam translatum: quod prius quām exponam, de
Sicilia situ pauca dicenda sunt.

Iustini Lib. IIII.

Siciliam ferunt angustis quondam fauibus
Italia adhæsisse, direptamque velut à cor-
pore, maiore imperio superioris maris, quod
toto undarum onere illuc vehitur. Est au-
tem ipsa terra renuis ac fragilis, & cavernis qui-
busdam fistulisque ita penetrabilis, ut venturum
tota fermè flatibus pateat, necnon & ignibus ge-
nerandis, nesciendisque, soli ipsius naturali via.

Quippe intrinsecus stratum sulphure & bitumi-
ne traditur: quæ res facit, ut spiritu cum igne in- vide Pli. li. 35.
ter interiora luctante, frequenter & compluribus cap. 35.
locis nunc flamas, nunc vaporem, nunc fumum
eructet. Inde denique Aetna montis per tota secula
durat incendium. Et ubi acris per spiramenta
cavernarum venies incubuit, harenarum moles
egeruntur. Proximū Italiae promontorium Rhe-
gium dicitur, ideo quod Græcè abrupta hoc no-
mine pronuntientur. Nec mirum si fabulosa est lo-
ci huius antiquitas, in quem res tot coiere mira.
Primum quod nusquam alias tam torrens fre-
tum, nec solum citato impetu, verum etiam sauo:
neque experientibus modo terrible, verum etiam
procul visentibus. Undarum porro inter se cōcur-
rentium tanta pugna est, ut alias veluti terga
dantes vorticibus in imum desidere, alias quasi *vorticibus
victrices sublime ferri videoas. Nunc hic fremi-
tum seruentis astus, nunc illic gemitum in Vor-
agine desidentis exaudias. Accedunt vicini, &
perpetui Aetna montis ignes, & insularum Aeoli-
cum, veluti ipsis undis alatur incendium. Neque
enim in tam angustis terminis aliter durare tot Scylla Cha-
seculis tantus ignis potuisse, nisi & humoris nu- rybdis. Vide
trimentis aleretur. Hinc igitur fabula Scyllam & proverbiū
Charybdim peperere: hinc latratus auditos, hinc de Scylla &
monstri credita simulacra, dum navigantes ma- Charybdi a-
gnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare pud Eral. in
putant undas, quas sorbentis astus vorago colli- Chil.
dit. Eadem causa etiam Aetna montis perpetuos
ignes facit. Nam aquarum ille cōcurrus raptum
secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi
suffocatum tam diu tenet, donec per spiramenta
terra diffusus, nutrimenta ignis incondat. Iam ipsa
Italiae, Siciliæ que vicinitas, iam promontoriorum

altitudo ipsa ita similis est, ut quantum nunc admirationis, tantum antiquis terrorus dederit, credentibus, coeuntibus in se promontorij, ac rursum discedentibus, solida intercipi, absunque nauigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabula compofitum, sed metu & admiracione transeuntium. Ea est enim procul insipientibus natura loci, ut sinum mari, non transitum putas: quo cum

A Theucydi de autore pli antea iuncta fuerat, arbitrere. Sicilia primò Trinio. Triquetra etiam di- nacriæ nomen fuit: præterea Sicania denominateda est. Hac à principio patria Cyclopum fuit quibus extinctis, Aeolus regnum insulæ occupauit:

post quem singula ciuitates in tyrannorum imperium conesserunt, quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum ceterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrem fructum tulit. Quippe decedens cum paruulos filios reliquisset, tutelamque eorum

* Michillo * Micytho, spectatae fidei seruo commisisset, tantus amor memorie eius apud omnes fuit ut parere seruo, quam disererere regis filios mallent: principesque ciuitatis obliiti dignitatis sua, regni maiestatem administrari per seruum paterentur. Imperium Siciliæ etiam Carthaginenses tentauere, diuque varia victoria cum tyrranus dimicatum est. Ad postremū amissō Hanulcare imperatore cum exercitu, aliquantis per quievere vieti. Medio tempore cum Regini discordia laborarent, ciuitasque per dissencionem diuisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Himera urbe in auxilium vocati, pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & mox casis, quibus tulerant auxilium, urbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauere, arsi facinus nulli tyrranno coprandum.

randum: quippe ut Regeginis melius fuerat vinci, quam vicerisse. Nam siue victoribus captiuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissent, non tamen inter aras & patrios lures trucidati, crudelissimus tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis praedam reliquissent. Catanenses quoque cum Syracusanos graues paterentur, diffisi viribus suis auxilium ab Atheniensibus petiere: qui seu studio maioris imperij, quod Asiam Graciāmque penitus occuparant, seu metu facta pridem à Syracusanis clavis, ne Lacedemonijs illae vires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Catanensibus auxiliū tentarent Sicilia imperium. Et quoniam prima initia frequenter casis hostibus prospera fuerant, maiore denuo classe, & robustiore exercitu. Lachete & Cariade ducibus, Siciliam petiuere: sed Cataneses siue metu Atheniensem, siue radio belli pacem cum Syracusanis, remissis Atheniensem auxilijs fecerunt. Interiecto deinde tempore, cum fides pacis à Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittunt, qui scridida ueste, capillo barbaque prolixu, & omni squalloris habitu ad misericordiam commouendarunt* acquisito, concione deformes adeunt. Ad- * accerfite
 duntur precibus lacrymæ, & ita misericordem populum supplices monent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur: creantur duces Nicias, & Alcibiades, & Lamachus: tanti que viribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore renovato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Alcibiades, Nicias & Lamachus faciunt. munitionibus deinde circundatis, hostes etiam marinis commeatisbus

Gylippus.

in urbe clausos intercludunt. Quibus rebus frigidi Syracusani, auxilium à Lacedamonyis permiserunt. Ab his miscitur Gylippus, solus quidem, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is autem est genere belli iam inclinato statu, auxiliis partim in Gracia, partim in Sicilia misere contractis, opportunity belli loca occupat. Durbus inde praliquitus, congressus tertio, occiso Lamacho & hoste in fugam compulit, & socios obfitione liberauit. Sed cum Athenienses a bello terrestri in nauale se transstulissent, Gylippus classem à Lacedamone cum auxiliis accersit: quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenē Eurymedont acum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoque communi ciuitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia misere, & quasi Graecia bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur. Prima igitur congresione naualis certaminis Athenienses vincuntur. Castra quoque cum omni publica, ac priuata pecunia amittunt. Super hac mala, cum etiam terrestri prælio victi essent, runc Demosthenes censere coepit, ut abirent Sicilia, dum res, quauis afflictæ, nondum tamen perdita forent, neque in bello male auspicio amplius perseverandum esse: domi grauiora, & forsitan infeliora bella esse: in qua reseruare hos urbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore male acta rei, seu meru destituta spei ciuium, seu impellente fato manere contendit. Reparatur igitur nauale prælum, & à nimia priori fortuna procella ad spem certaminis reuocantur: sed inscriba ducum, qui inter angustias maris tuentes se, Syracusane aggressi sunt facile vincuntur. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans, primus cadit:

Demosthe-
nes.**Eurymedon.**

triginta naues, quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias etiam ipsi vitti, exercitum in terram deponunt, tutiore fugans rati itinere terrestri. Ab his reliquias centum triginta naues Gyrinus inuestit: ipsos deinde insequitur fugientes: partim capit, cedit partim. Demosthenes, amissus exercitu à captiuitate, & gladio, voluntaria morte se vindicat. Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret, admonitus clam suorum auxit dedecore captiuitatis.

Iustini Lib. V.

Dum Atheniensis in Sicilia bellum per biennium cupidius, quam felicius gerunt, interim cœcitor & dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Céreris, Initiorum sacra, nullo magis quam silentio solennia enunciaisse. Reuocatusque à bello ad iudicium sive conscientiam, sive indignitatem rei non ferens, tacitus in exiliū Eudem profectus est. Inde ubi non damnatum se tantum, verum etiam diis per omnium sacerdotum religiones deuotum cognovit, Lacedamona se contulit: ibique regem Lacedamoniorū impellit, turbatis Atheniensibus aduerso Siciliæ prælio ultra bellum inferre. Quo facto omnia Græcia regna, velut ad extinguendum commune incendium, concurrunt. Tantum odium Atheniensis immoderatus imperij crudelitate contraxerant. Darius quoque rex Persarum memor paterni autique in hanc urbem odij facta cum Lacedamonij per Tiffarnem, præfectum Lydia, societate, omnino sumptum belli pollicetur. Et erat hic quidem tenuus cum Græci coenundire autem vera timebat, ne

Festa Adonia appellat Plutarchus.

Olympiadæ sacerdotes apellantur à Probo.

Deuotionis exemplum in pilâ lapidea positi in publico positi.

Probus.

victis Atheniensibus ad se Lacedamoniū arma transferrent. Quis igitur miretur, tam florentes Atheniensium opes ruisse, cum ad opprimendam unam urbem totius Orientis vires concurrerent? Non tamen inertii, neque incruento cecidere bello, sed praliati ad ultimū victores etiam interdum, consumpti magis fortunae varietate, quam vi vici sunt. Principio belli omnes etiam ab his socij descierant, ut sit. QVO SE FORTVNA, EODEM ETIAM FAVOR HOMINVM INCLINAT. Alcibiades quoque metum aduersus patriam bellum, non gregarij militis opera, sed Imperatoris virtutibus adiuuabat. Nempe acceptis quinque nauibus in Asiam contendit, & tributarias Atheniensium ciuitates autoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum, nec exilio videbant factum minorem, nec tam ablatum Atheniensibus ducem, quam Lacedamonijs traditum, partaque cum amissis imperia persabunt. Sed apud Lacedamonijs virtus Alcibiadus plus inuidie, quam gratia coiraxit. Itaque cum principes vellent emulum glorie suae interficiendum insidijs mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Tissafernem prefectum Darij regis profugit. Cui se celeriter officij comitate, & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & etatis flore, & forma veneratione, nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis: sed in reconciliandis amicitiarum studijs, quam in retinendis vir melior: quia morum via sub umbra eloquentiae primo latebant.

Igitur persuaderet Tissaferni, ne tanta stipendia clasi Lacedamonicorum praberet. Vocando enim in portionē munieris Ionios, quorum pro libertate, cum

Toniam enim
à societate
auerterat.

A facilitate
morū appellatur à Plu-
tarcho Cam-
leon.

cum tributa Atheniensibus penderent, bellum susceptum sit. Sed nec auxilijs nimis enixe Lacedemonios iuuandos. Quippe memorem esse debere alienam se victoriam, non suam instruere, & eattenuis bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regem Persarum, dissentientibus Græcis, arbitrum pacis ac belli fore, & quos suis non posset ipsorum armis vitturum: perfecto autem bello, statim ei cum victoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis Græciam obterendam, ne externis vacet, exæquandasq; vires partium, & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc victoriam Spartanos, qui vindices se libertatis Græcia profesi sunt. Grata oratio Tissufernæ fuit. Itaque commeatus malignè præbere, classem regiam non totam mittere, ne aut victoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuibus vendicabat: ad quem cum legati Atheniensium venissent, pollicetur his amicitiam regis, si Respubl. à populo translata ad senatum foret, sperans ut aut concordante ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Sed Atheniensibus insinuente periculo belli, maior salutis, quam dignitatis cura fuit. Itaque permittente populo, imperium ad Senatum transfertur. Qui cum insita gentis superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrannidis sibi potentiam vendicantibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxque clasi constituitur. Statim igitur Athenas mittit excontinenti se cum exercitu venturum, recepturūmque à quadringentis iura populi, ni ipsi redderent. Hac denunciatione optimates territi, primo urbem prodere Lacedemonijs tentauerunt

deinde cum id nequiuissent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit, atque ita in *Mindarus bellum aduersus Lacedemonios pergit. Iam *Zenstromidarus & Pharnabazus, Lacedemoniorum duces, instructis nauibus expectabant: prælia commisso, victoria penes Athenienses fuit. In eo prælio maior pars exercitus, & omnes ferme hostium duces casi, naues LXXX captæ: interiectis quoque diebus cum bellum Lacedemonij à mari in terram translulissent, iteratò vincuntur. His malis fratribus, pacem petiere: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum prestatbat. Interca & Syracusanorum auxilia illatum à Carthaginensibus Siciliæ bellum domum reuocauit: quibus rebus destituti Lacedemonijs, Alcibiades cum classe vicitri Asiam vastat, multis locis prælia facit, ubique vicit, recepit civitates quæ defecerant, nonnullas capit, & imperio Atheniensium adiicit. Arque ita prisca nauali gloria vendicata, adiecta etiam laude terrestris belli, desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus prælijs ducentæ naues hostium, & præda ingens capta: ad hunc redeuntis exercitus triumphum, effusa omnis multitudo obuiam procedit, & uniuersos quidem milites, præcipue tamen Alcibiademi mirantur. In hunc oculos ciuitas uniuersa, in hunc suspensa ora conuerit. Hunc quasi de cœlo missum, & ut ipsam victoriam contudentur, laudant quæ pro patria, nec minus admirantur quæ exul contra gesserit, excusantes ipsi iratum prouocatumque fecisse. Enim uero tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperij subuersi, & rursum recepti autor esset: & unde stetisset, eo se victoria transferret, si rēque cum eo mira

xxx. naues
habet Plutar-
chus.

eo mira quedam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum, verum etiam & diuinis eum honoribus * honorant: certant secum ipsis, utrum contumeliosius eum expulerint, an reuocauerint honoratus. Ipsos illi deos gratulantes tule-re obuiam, quorum execrationibus erat devotus. Et cui paulo antè omnem hunc anam opem inter-dixerant, eum, si queant, in cœlo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrations precibus. Non Sicilia illis aduersa pugna in ore est, sed Gracie victoria: non classes per illum amissa, sed acquisita: nec Syracusarum, sed Ionie, Hellespontique meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensam, nec fauorem studijs suorum exceptus est. Dum hæc aguntur à Lacedæmonijs, Lysander clausi bel-Lysander. lōque præficitur, & in locum Tissiferni Darius rex Persarum filium suum Cyrum Ionie Lydiæ-que præposuit: qui Lacedæmonios auxilijs opibus-que ad spem fortunæ prisoris erexit. Aucti igitur viribus, Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum, dum agros, longa pace diuites, securus populatur, & præde dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet, repentina aduentu oppressere: tantaque cædes palantium fuit, ut plus vulneris eo prælio Athenenses accesserint, quam superioribus dederant: & tanta desperatio apud Athenenses erat, ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone duce coniunctarent: arbitrantes viatos se non fortuna belli, sed fraude Imperatoris: apud quem plus prior offensæ valuerit, quam recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantum, ut ostenderet habitus, quem ducem spreuerit, & ut carius ei ipsam victoriam venderet. Omnia enim credi-

In vitiis & vir
tutibus nihil
fuit Alcibia-
de excellen-
tia in Alcibiade, vigor ingenij, & vitiorum a-
mor, & mortuus luxuria faciebat. Veritus itaque
multitudinis impetum, denuo in voluntarium exi-
viss.

lum proficiscitur. Itaque Conon Alcibiadi suffe-
ctus, habens ante oculos cui duci successisset, clas-
sem maxima industria adornat: sed nauibus exer-
citus deerat, fortissimis quibusq; in Asia popula-
zione amissis. Armantur tamen senes, aut impu-
beres pueri, & numerus militum sine exercitus ro-
bore expletur. Sed non magnam bello moram etas
fecit. Imbellies aut caduntur paſsim, aut fugientes

~~Atheniensium~~ capiuntur: tantaq; strages aut occisorum, aut ca-
miserima cōpti uorum fuit, ut Atheniensium deletum non im-
perium tantum, verum etiam nomen videretur.

Quo prælio perditis & desperatis rebus, ad tan-
tam inopiam rediguntur, ut consumpta militari
estate, peregrinū ciuitatem, seruis libertatem, da-
mnatis impunitatem darent. Ex eaq; colluione
boniū domini anteā Gracia, conscripto exerci-
tu, vix libertatem tuebantur. Iterum tamen fer-
zunam maris experiendam decernunt. Tanta vir-
tus animorum erat, ut cum paulò ante salutem
desperauerint, nunc non desperent victoriam. Sed
neg; his miles erat, qui nomen Atheniensium tuo-
retur: neg; ea vires, quibus vincere consueuerant:
neg; ea scientia militaris in his, quos vincula, non
caſtra continuerant. Itaq; omnes aut capti, aut oc-
cisi, cum dux Conon eo prælio superfluisse, solus cru-
delitatem ciuiū metuens, cum octo nauibus ad re-
gem Cypri contendit Euagoram. At dux Laceda-
moniorū rebus feliciter gestis, fortuna hostium in-
fultat, capiuas naues cum preda bellica, in triu-
phi modum ornatas mittit Lacedamona, ac tribu-
arias Atheniensium ciuitates, quas metus dubia
belli fortuna in fide tenuerat, voluntarias recepit;

Euagoras.

nec aliud ditioni Atheniensium præter urbem ipsam reliquit. Quæ cuncta cum Athenis nunciata essent, omnes relictis domibus, per urbem discurrere pauidi, alius alium sciscitari, autorē nuncy requirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus imbecillis domi tenet: adeò * imbecilli ad omnem etatem tanti mali sensus penetrauerat. tas In foro deinde coeunt, atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam quæstibus iterant. Alij fratres, aut filios, aut parentes deflent: cognatos alijs, alijs amicos chariores cognatis, et cum priuatis casib; que relam publicam miscent. Iam seipso, iam ipsam patriam perituram, ni inferiorēque incolumium, quam amissorum fortunam iudicantes, sibi quisq; ante oculos obsidionem famem, & superbū vistoremq; hostem proponentes: Iam ruinam urbis & incendia, iam omnium captiuitatem & miserrimam seruitutē recordantes: feliciores prorsus prius urbis ruinas ducentes, quæ incolub; filijs parentib;que, tectorum tantum ruina taxatae sint. Nunc autem non classem, in quam sicuti pridem consugiant, superesse: non exercitum, cuius virtute seruati pulchriora possent moenia extruere. Sic deflent ac propè perdite urbi hostes superueniunt, & obsidione circundatos & obsecros fame urgent. Sciebant enim neq; ex aduetis copijs multum superesse, & ne nouæ aduehi possent, prouiderant: quibus malis rebus Athenienses fracti, post longam famem, & affida suorum funera, pacem petiuerent: quæ an dari deberet, diu inter Spartanos, sociosque deliberatum. Cum multi delendum Atheniensem nomen urbemque incendio consumendam censerent, negarunt se Spartani, ex duobus Gracie oculis alterum eruturos: pacem polliciti, si demissa Pyreum versus muri brachia deiecerint.

Atheniensem
res in extre
mum discrimine
adduxerunt.

nauésque qua reliquæ forent, traderent, resq; pu-
blica ex semetipsis x x x. rectores acciperet. In
has leges traditam sibi urbem Lacedæmoniū for-
mandam Lysandro tradiderunt. In signis hic annus
& expugnatione Athenarum, & morte Darij re-
gū Persarum, & exilio Dionysij Siciliæ tyranni
fuit. Mutato statu, Athenarum etiam ciuium
conditio mutatur. Rectores x x x. Reip. consti-
tuuntur, qui sunt tyranni: quippe a principio tria
milia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot cla-
dibus propè nec ciuium superfuerat: & quasi par-
uus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset,
septingentos milites à vitoribus accipiunt. Cae-
des deinde ciuium ab Alcibiade auſpicantur, ne
iterum Rempublicam sub obtentu liberationis in-
uaderet. Quicm cùm proſectum ad Artaxerxem
Persarum regem comperrissent, citato itinere mi-

Alcibiadis serunt, qui eum interciperent, à quibus occupa-
mors. Non crematū tus, cùm occidi aperte non posset, viuus in cubicu-
Plutar. scri- lo, in quo dormiebat, crematus est. Liberati hoc
bit: sed erupis vloris metu tyranni, miseras urbis reliquias cæ-
se, & telorum dibus & rapini exhaustiunt. Quod cùm displice-
re uni ex numero suo Therameni didicissent, ip-
sum quoque ad terrorem omnium interficiunt.
Fit igitur ex urbe paſim omnium fuga, reple-
turque Gracia Athenicis exilibus, quod cum
etiam ipsum auxilium unicum à miseri eripere-
tur: (nam Lacedæmoniorum edicto, ciuitates exus-
les recipere prohibebantur) omnes se Argos &
Thebas contulere: ibi non ſolum tutum exilium e-
gerunt, verum etiam ſpem recuperanda patria re-
ceperunt. Erat inter exiles Thrasibulus vir stre-
nuus & domi nobilis, qui audendum aliquid pro-
rant socii. Thrasibulus vir strenuus, & domi nobilis, qui audendum aliquid pro-
rant socii. patria, & pro salute communi etiam cum peri-
culo, ratus, adunatis exilibus castellum Phylen
Prob.

Atticorum finium occupat: nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaque eos * Menias Thebanorum princeps, * Ismenias, et si publicus non poterat, priuatus tamen viribus adiuuabat: & Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentia misit. Lysias orator.
 Fit itaque asperum prælum: sed cum hinc propatria summis viribus, inde pro aliena dominatione incurius pugnaretur, tyranni vincuntur: victi in urbem refugerunt, quam exhaustam cedibus suis, etiā armis spoliavit. Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachyis nouri que diruta fuerant, habitare, extraneis milicibus imperium tuentes. Post hæc Thrasibulum corrumpere, imperij societatem pollicentes, conatur: quod cum non contigisset, auxilia à Lacedemoniis petire. Quibus acciūs, iterato præliantur. In eo bello Critias & * Hippolochus omnium tyrannorum * Hippomachus, seuisimi cadunt. Cæteris victus cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensem erat, fugeret, magna voce Thrasibulus exclamat: Cur se victorem fugiant potius, quam ut vindicem communis libertatis adiuuent. Ciuium illam meminerint aciem, non hostium esse: nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victus adimat, sed ut adempta restituat. X X X. se dominis, non ciuitati bellum inferre. Admonet deinde cognationis, legum, sacerorum communium: tum vetusti per tot bella commiliti, orat, ut misereantur exulum ciuium: si tam patienter ipsi seruant, reddant sibi patriā, accipient libertatem. His vocibus tantum promovit, ut reuersus in urbem exercitus, X X X. x. Prætores e-tyrannos emigrare Eleusina iuberet, substitutis decem.

decem, qui R^empub. regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggressi sunt. Dum hac aguntur, nuntiatur Lacedæmonie in bellum Athenienses exarsisse: ad Pausanias, quod comprimentum, Pausanias rex mittitur: qui misericordia exuli populi permotus, patriam miseri ciuibus restituit, & decem tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta esset, interiectis diebus regente tyranni non minus restitutos exules, quam si in exilium actos indignantur, quasi vero aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Atheniensibus inferunt: sed ad colloquium veluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis vittime trucidantur: populu quem emigrare iussarent, in urbem reuocatur. Atque * dissipata ita per multa membra ciuitas * diuisa, in unum Ea fuit lex tandem corpus redigitur: & ne qua dissensio ex oblinioria. antè acti nasceretur, omnes iure iurando obstrin-guntur, discordiarum obliuionem fore. Inter ea Thebani, Corinthijs, legatos ad Lacedæmonios mittunt, qui ex manubij portionem præda, communis belli periculis peterent, quibus negatis, non quidem aperte bellum aduersus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset. Eodem fere tempore Darius rex Persarum moritur, Artaxerxes ritimas cluita & Cyro filijs reliktu. Regnum Artaxerxi, Cyros. Plutarc. ciuitates, quarum praefectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria videbatur. Itaque occulte aduersus fratrem bellum parabat. Quod cum nunciatum Artaxerxi esset, accusatum ad se fratrem & innocentiam dissimulacione belli simulantem, compeditibus aureu vinxit: interfici set, ni mater prohibueret. Dimissus igitur

igitur Cyrus, iam non occultè bellum, sed palam: nec per dissimulationem, sed aperta professione parare cœpit: auxilia undique contrahit. Lacedamo nū memores Atheniensis bello enixè se eius opera adiutor, velut ignorantes contra quen bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res eius exegisset: quærētes & apud Cyrum gratiam, & apud Artaxerxem si viciisset, venia patrocina, cum nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello sors prælii utrumque fratrem pugnæ obtulisset, prior Artaxerxes à fratre vulnatur: quem cum equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus, interficitur: sic vi etor Artaxerxes, & præda fraterni belli, & exercitu potitur. In eo prælio decem millia Græcorum in auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu in quo steterant, vicerunt, & post mortem Cyri neque armis à tanto exercitu vinci, neque dolo capi potuerunt: reuertentesque inter tot indomitas nationes & barbaras gentes: per tanta itinerū spatiā virtute se usq; terminos patriæ defenderunt.

Iustini Lib. VI.

LA CEDAE MONII more ingenij Oros. lib. 3. ca. humani, quò plura habent, è ampliora 3. & 4. cupientes, non contenti accessione Atheniensium opum vires sibi duplicates, totius Asia imperium affectare cœperunt: sed maior pars sub regno Persarum erat. Itaque * Her- * Dercilli- cylides dux in hanc militiam electus, cum videret des. sibi aduersus duos prefatos Artaxerxis regis, Pharnabazum & Tissafernem, maximarum gentium viribus succinctos, dimicandum, pacificare cum altero statuit. Aptior visus Tissafernes, vir & industria potior, & militibus Cyri quondam

*regis instructior, in colloquium vocatur: & status
tus conditionibus, ab armis dimittitur. Hanc rem*

* *Misso de
hac re lega-
to Conone.
Aemil.* Pharnabazus apud communem regem * crimi-
natur, ut Lacedemonios Asiam ingressos non re-
pulerit armis, sed impensis regis aluerit, merce-
turis, ab hiis, ut different bella, quae gerantur, tan-
quam non ad unius summam imperij detrimentum
omne perueniat: indignum aut bellum non perfici,
sed redimi: hostem pretio, non armis summoueri.

*His vocibus regem Tissufeni alienatum horta-
tur, ut in locum eius naualis belli ducem eligant
Cononem Athenensem, qui amissus bello, patria
Cypro exulabat: quippe Athenensibus eis si fracta
sint opes, manere tamen naualem usum: nec si eli-
gendus sit ex universis, meliorem alium esse. Ac-
ceptis igitur quingentis talentis, iussus est Conona
clasi præficere. His cognitis Lacedemoni & ipsi*


* *mercimo- à rege Aegypti * Herzymone in auxilium naua-
nia auxilia lis belli per legatos petunt, à quo centum triremes,
naualis belli. & sexcentum millia modiorum frumenti missa, à
eag, est vera ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta
lectio. sunt. Sed tanto exercitui, & contra tantum duces
decerat dignus imperator. Itaque postulantibus so-*

*Agebilaus, cys Agesilaum ducem, regem tunc Lacedemo-
niorum, propter responsum oraculi Delphici, diu
Lacedemoni, an eum summa rei præponerent,*

* *distulerunt * deliberauerunt: quibus futurus imperij finis de-
nunciabatur, cum regium claudicasset imperium:
erat enim pede claudus. Ad postremum statue-
runt, melius esse incessu regem, quam imperio re-
gnum claudicare. Posteaquam Agesilaum cum
ingentibus copys in Asiam misere, non facile di-
xerim, quod aliud par ducum tam bene compara-
tum fuerit: quippe atas, virtus, consilium, sapien-
tia utrig, propè una, gloria quoque rerum gestar-*

rum eadem: quibus cum paria omnia fortuna de-
 derit, inuitum tamen ab altero virunque serua-
 uit. Magnus igitur amborum apparatus belli, ma-
 gnæ rex gestæ fuerunt. Sed Cononem seditioni mili-
 tam inuadit, quos præfecti regis fraudare stipendio
 soliti erant, eo * constantius debita poscentibus,
 quo grauiorem sub magno duce militiam præsu-
 mebant. Itaque Conon diu rege per epistolas fru-
 stra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit:
 cuius aspectu & colloquio prohibitus est, quod eum
 more Persarum, adorare nollet, agit tamen cum Persici reges
 eo per internuncios, & queritur opulentissimi re-
 gis bella inopia delabi: & qui exercitum pareat
 hostibus habeat, pecunia vinci, qua præstet: infe-
 rioremque eum ea parte virium inueniri, qua lon-
 gè superior sit: postulat dare sibi ministerium im-
 pensa, quia pluribus id mandari perniciosum sit,
 dato stipendio ad classem remittitur, nec morans
 agendis rebus facit: multa fortiter, multa feliciter
 agit. Agros hostiles vastat, urbem expugnat, &
 quasi tempestas quedam cuncta prosternit. Qui-
 bus rebus territi Lacedæmonij, ad patriæ subsi-
 dium reuocandum, ab Asia-Agesilaum decernunt.
 Interim Lysander ab Agesilao proficidente dux
 patriæ relictus, ingentem classem summis viribus
 instruit, fortunam belli tentatus. Necon & i-
 pse Conon nunc primum cum hostium exercitu
 concursurus, magna cura suos ordinat. Summa igi-
 tur non tam ducum in eo prælio, quam militum
 emulatio fuit. Nam ipse dux Conon non tam Per-
 sis, quam patriæ studebat: & sicuti afflictus Athe-
 niensium rebus autor amissæ dominationis fuerat,
 sic volebat idem haberi redditæ: patriamque vin-
 cendo recipere, quam victus amiserat: eo Specio-
 sius, quod ne ipsorum quidem Atheniensium, sed
 alieni

adorantur. qd
 προστύεται
 vocat Plutæ.



alieni imperij viribus dimicet: & pugnaturus per
viculo regis, victurus præmio patriæ, gloriā-
que diuersis artibus, quam priores ciuitatis
fuerūt, consecuturus. Quippe illos vincendo
Persa patriam defendisse: Persas victores fa-
ciendo, restituturum patriam esse. Perro Ly-
sander præter coniunctionem Agesilai, etiam
virtutum amulatōr erat, contendebatque ne à
rebus gestis eius, & gloriae splendore decederet,
nē vetot bellis ac seculis quæstum imperium.

¶ Prof. lib. 3. cap. 5. breuiissimi momenti culpa subuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat, quos maior solicitude cruciabat, non tam ne ipsi quaestas opes amitterent, quam ut pristinas Athenienses reciperent. Sed quanto maius praeium fuit, tanto & clarior victoria Cononis. Victi Lacedemoni fugax capessunt, praesidia hostium Athenas deducuntur, populo restituta dignitate conditio seruallis eripitur: multæ quoque ciuitates recipiuntur. Hoc initium Atheniensibus resumenda potentia, & Lacedemonijs habenda finis fuit. Namque veluti cum imperio etiam virtutem perdidissent, contemni à finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intule-

* *infimis re, quae ciuitas ex* finitimiis incrementis, virtute Epaminündas. Epaminonda ducis, ad spem imperij Gracia eretta est. Fit itaque terrestre pralium eadem Lacedaemoniorum fortuna, qua pugnatum aduersus Connona nauali prælio fuerat. In eo bello Lysander, quo duce Athenienses vici à Lacedaemonijs fuerant, interficitur. Pausanias quoque alter dux Lacedaemoniorum proditionis accusatus, in exilium abiit. Igitur Thebani potiti vittoria, uniuersum exercitum ad urbem Lacedaemoniorum ducunt, faciliens expugnationē rati, quoniam deserti à socijs omnīs*

omnibus erant: quod metuentes Lacedemonij, regem suum Agesilaum ex Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defensionem patrie accersunt. Occiso enim Lysandro, nullius alterius fiduciam duces habebant, cuius quoniam serus aduentus erat, conscripto exercitu, obuiam hosti procedunt. Sed vittis aduersus paulò ante victores nec animi, neque vires pares fuere. Prima igitur congresione funduntur. Deletis iam suorum copijs, superuenit rex Agesilaus, qui restituto pralio, non diffidetur, recenti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoriam eripuit, ipse tamen grauiter sauciatur. Quibus rebus cognitis, Athenienses verentes, ne iterum Lacedemonij viatoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur, exercitum contrahunt, eumque in auxilium Boeotiorum per Iphicratem, viginti Iphicratem quidem annos natum, sed magna indolis iuuenem duci iubent. Huius adolescentis supra etatem virtus admirabilis fuit nec unquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei maioris, aut indoli maturioris imperatorem habuerunt, in quo non imperatoria tantum, uerum etiam oratoria artes fuere. Conon quoque audita reditu Agesilai, & ipse ex Asia ad populandos Lacedemoniorum agros reuertitur: atq; ita undique belli formidine circumstrepente, clausi Sparta- ni ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastatis hostium terris, Athenas pergit: ubi magnociuum gaudio exceptus, plus tamen tristitia ipse & ex incensa, & diruta à Lacedemonijs patria, quam latice ex recuperata post tantum temporis, cepit. Itaque qua ex incensa fuerant, praedrum sumptu & exercitu Persarum restituit: qua diruta fuerat reficit. Fatū illud Athenarum fuit, ut an

Athenie incē
se à Persis à
Lacedemo-
niis dirutæ

ut antè à Persis crematae; manubīs eorum, &
 nunc à Lacedāmoniīs dirutae, ex spoliis Lacedāmo-
 niorum restituerentur: versa quoque vice, nunc
 haberent socios, quos tunc hōstes habuerunt, & ho-
 stes nunc paterentur, cum quibus iunēti tunc erūtis
 finis societatis vinculis fuerant. Dum hēc agun-
 tur, Artaxerxes rex Persarum legatos in Græ-
 ciā mittit, per quos iubet omnes ab armis disce-
 dere: qui aliter fecisset, eum sē pro hōste habiturū:
 ciuitatibus libertatem suāg omnia restituit: quod
 non Gracia laboribus, aīdūisque bellorum inter
 ciues oīys consuliens, fecit: sed ne occupato sibi Ae-
 gyptio bello, quod propter auxilia, aduersus prae-
 etos suos Lacedāmoniīs missa, suscepserat, exercitus
 sui in Gracia detinerentur. Feīsi igitur tot bellis
 Græci cupidē paruere. Hic annus non eo tantum
 insignis fuit, quōd repente pax in tota Gracia fa-
 cta est, sed etiam eo quōd eodem tempore urbs
 Romana à Gallis capta est. Sed Lacedāmoniī se-
 curi, insidianter absentiam Arcadum speculati,
 castellum eorum expugnant, occupatoque præsidū
 imponunt. Itaque armato instructoque exercitu,
 Arcades adhibitis in auxilium Thebanis, amissa
Archidamus. Archidamus dux La-
 cedāmoniorum vulneratur: qui cum cædī suos iam
 ut vīctos videret, per praconem corpora interse-
 ñitorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum
 apud Græcos vīctoriæ traditæ. Qua confessione con-
 tenti Thebani, signum parcendi dedere. Paucis de-
 inde post diebus neutris quicquam hōstile facienti-
 bus, cūm quasi consensu tacito inducitæ essent, La-
 cedāmoniīs alta bella aduersus finitimos gerenti-
 bus, Thebani Epaminonda duce, occupanda urbis
 eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis, taciti
 Lacedāmonia proficiscuntur; non tamen aggredi
 incan

incautos potuerunt. Quippe senes, & cetera im-
bellis etas, cum aduentum hostium praesensiffent,
in ipsis portarum angustijs armati occurrunt: &
aduersus quindecim millia militum, non amplius
centum iam effectae etatis viri, pugnae sese offe-
runt: tantum animorum viriumque patriæ, &
penatum conspectus subministrat: tantoque pre-
sentia, quam recordatione sui maiores spiritus
larginuntur. Nam ut viderunt intra qua, &
pro quibus starent, aut vincendum sibi, aut mori-
riendum censuerunt. Pauci igitur sustinuerunt senes
aciem cui par ante diem universa iuuentus esse
non potuit. In eo prælio duo duces hostium cecide-
re, cum interim Agesilai aduentus nuntiatur, The-
bani recessere, nec bellum diu dilatum. Siquidem
Spartanorum iuuentus, senum virtute & gloria
incensa teneri non potuit, quin excontinenti acie
decerneret, cum victoria Thebanorū esset. Et Epa-
minondas dum non ducis tantum, veruetiam fortis
simi militis officio fungitur, grauiter vulnera-
tur. Quo audito, hu ex dolore metus, & illis ex gan- Apud Mantua
dio stupor inicitur, atque ita veluti ex placito cō- neā Cic. lib. 5.
sensu à prælio disceditur. Post paucos deinde dies
Epaminondas decedit, cum quo vires quoque Re- De his Pro-
pub, ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem
perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris:
sic illo velut mucrone teli ablato duce Thebano- bus.
rum. Reipublica vires hebetatae sunt, ut non tam
illum amississe, quam cum illo interisse omnes vi-
derentur. Nam neq; ante hunc ducem ullum me-
morabile bellum gessere, nec postea virtutibus,
sed cladibus insignes fuere, ut manifestū sit, patriæ
gloriam & natam, & extinctam cum eo fuisse.
Fuit autem incertum, vir melior, an dux esset:
nam & imperium non sibi semper, sed patriæ quasi

uit: & pecunie adeò parcus fuit, ut sumptus funeris defuerint: gloria quoque non cupidior, quam pecunia: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt. Honorēsque ita gesit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipse dignitati videretur. Tam literarum studium, iam philosophiae doctrina tanta ut mirabile videretur, unde tam insignis militiae scientiae homini inter literas nato. Neque ab hoc vita proposito mortis ratio diffensit. Nam Cic. Tuscul. i. ut relatus in castra semianimus, vocem spiritum que collegit, id unum à circumstantibus requisivit. Num cadentis sibi scutum ademisset hostis: quod ut seruatum audiuit, allatum velut laborum, gloriæque socium osculatus est. Iterum quasi uix utri viciissent: ut audiuit Thebanos, bene habere se rem, dixit: atque ita velut gratulabundus patriæ, expirauit. Huius morte etiam Atheniensium virtus intercidit: siquidem amissō cui æmulari consueverant, in segnitiem, torporēmque resoluti, non ut olim in classē exercitusque, sed in dies festos, apparatusque ludorum redditus publicos affundunt. & cum * autoribus nobilissimis poëtisque theatra celebrant, frequentius scenam quam castra visentes: versificatores, oratoresque meliores, quam duces laudantes. Tunc vestigia publicum, quo antè milites & remiges alebantur, cum urbano populo diuidi cœptum. Quibus rebus effectum est, ut inter otia Græcorum, sordidum & obscurum

*** actoribus** Ab Alexandrum antea, Macedonum nomen emergeret. Et aero fratre da Philippus obſes triennio Thebis habitus, Epaminondas & Pelopidarum virtutibus eruditus, regnum Macedoniae, Gracia & Asia certiūcibus, veluti ingum seruitutis imponeret.

Iustini Lib. VII.

Macedonia antè nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experientia in illis locis extant, Emathia cognominata est. Huius sicuti incrementa modica, ita termini per angusti fuere. Populus Pelasgi, & regio Boetia dicebatur. Sed postea virtute regum & genitius industria subactis primò finitimi, mox populu, nationibusque, imperium usque ad extremos Oriētis terminos prolatum est. In regione Peoniæ, quæ nunc portio est Macedonia, regnasse fetur Telegonus, pater Astriopai, cuius Troiano bello inter clarissimos vindices urbis nomen accepimus. Ex alio latere in Europa. Europus nomine regnum tenuit. Sed & Caranus cum magna multitudine Græcorum, sedes in Macedonia responso oraculi iussus querere, cum in Emathiam venisset, urbem Edyssam non sentientibus oppidanis, propter imbrium & nebula magnitudinem, gregem caprarum imbre fugientium, secutus, occupauit: reuocatusque in memoriam oraculi, quo iussus erat, ducibus capris imperium querere, regni sedem statuit: religioseq; postea obseruauit, quounque agmen moueret, ante signa easdem capras habere, cæptorum duces habiturus quas regni habuerat autores. Urbem Edyssam ob memoriā muneric Aegaeam, populum Aigeades, vocavit. Pulso deinde Mida (nam is quoque portionens Macedonia tenuit) aliisque regibus pulsis, in locum omnium solus successit, primusque adunatis gentibus variorum populorum veluti unum corpus Macedonia fecit, crescentique regno, valida incrementorum fundamenta constituit. Post hūc Perdicas regnauit, cuius vita illustris, & mortis po-

strema veluti ex oraculo præcepta memorabilia
 Vide Herod. sūere. Siquidem senex moriens, Argæo filio mon-
 strauit locum, quo condī vellet, ibique non sūa tan-
 tum, sed etiam succendentium sibi in regnum ossa po-
 ni ius sit: p̄fatus, quoad ibi conditæ posterorum
 reliquiae forent, regnum in familia mansurum: cre-
 duntque hac superstitione extinctam in Alexan-
 dro stirpem quia locum sepulturæ mutauerit Ar-
 gæus moderatè, & cum amore populi administra-
 to regno, successorem filium Philippum reliquit,
 qui immatura morte raptus, Europum parvulum
 admodum instituit hæredem. Sed Macedonibus
 a sidua certamina cum Thracibus & Illyrÿs fue-
 re, quorum armis veluti quotidiano exercitio indu-
 rati, gloria bellicæ laudis fuitimos terrebant. Ig-
 tur Illyrÿ infintiam regis pupilli contennentes, bel-
 lo Macedonas aggrediuntur: qui prælio pulsi, rege
 smo in cunis prolati, & pugnæ ante aciem posito,
 acrius certamen repetuerunt: tanquam ideo victi
 fuissent antea: quò bellantibus sibi regis sui auspicia
 defuissent: futuri vel propterea victores, quod ex
 superstitione animum vincendi ceperat: simul &
 miseratione eos infantis tenebat, quem si vicit forent,
 captiuum de rege facturi videbantur. Conserto
 itaque prælio, magna cæde Illyrios sudere, ostend-
 deruntque hostibus suis, priore bello regem Mace-
 donibus, non virtutem defuisse. Huic Amyntas suc-
 cedit, & propria virtute, & Alexandri fili⁹ egre-
 gia indole insigniter clarus: cui Alexandro tanta
 omnium virtutum naturæ ornamenta extitere, ut
 etiam Olympio certamine vario ludicrorum ge-
 nere vicit contenterit. Cum interim Darius rex Persarum, turpi à Scythia fuga sum-
 motus, ne ubique deformis militiae damnis ha-
 beretur, mittit cum parte copiarum Mega-
 baicum

bazum ad fabigendam Thraciam, ceteraque
 eius tractus regna: quibus pro ignobilis momen-
 to erat accessura Macedonia. Qui breui tempo-
 re executo regis imperio, legatus ad Amyntam
 regem Macedoniae missis obfides in pignus futu-
 ra pacis sibi dari postulabat. Sed legati benignè
 excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant
 Amyntam, ut apparatui epularum adiiciat ius
 familiaritatis, adhibitus in coniuinum suum filijs
 & uxoribus & filiabus: id apud Persas habe-
 ri pignus ac fædus hospitij. Qui ut venerunt,
 petulantius Persis eas contrectatibus, filius Amyn-
 te Alexander rogat patrem respectu etatis ac
 grauitatis sua abiret e coniuinio, pollicitus se ho-
 spitum * tentaturum iecos. Quo digresso mu-
 tieres quoque paulum e coniuinio euocat, cultius
 exornaturus, gratioreisque rediaturus. In qua-
 rum locum matronali exornatos habitu iuuenes
 supponit, eosque petulantiam legatorum ferro
 quod sub ueste gerebant, compescere iubet. At-
 que ita interfictis omnibus, ignarus rei Mega-
 bazus, cum legati non redirent, mittit eò cum
 exercitus parte Bubarem, ut in bellum faci-
 le & mediocre, deditnatus ipse ire, ne dishonesta-
 retur prælio tam fœda genit. Sed Bubares ante
 bellum, amore filia Amyntæ captus, omisso bella
 nuprias facit, depositisque hostilibus animis, in af-
 finitatis iura succedit. Post discessum à Macedo-
 nia Bubaris, Amyntas rex decedit, cuius filio &
 successori Alexandro cognatio Bubalus non Darij
 tantum temporibus pacem præstítit, verum etiam
 Xerrem conciliavit, adeò ut cum Graciam velu-
 ti tempestas quadam occupasset, inter Olym-
 pum Hemumque montes totius regionis eum impe-
 rio donauerit. Sed nec virtute minus, quam Persa-

Persarum socii
dus hospitii.

*températu
rum.

rum liberalitate regnum ampliauit. Per ordinem
 deinde successionis, regnum Macedonia ad Amyntam
 fratris eius Menelai filium peruenit. Hic quoque
 insignis industria, & omnibus imperatoris
 virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres
 filios sustulit, Alexandrum, Perdiccam, & Phi-
 lippum, le-
 Aridemū le-
 tippum, Alexandri magni Macedonis patrem,
 sunt Euseb. & filium Euryonem. Ex Cygea autem Arche-
 laum, Archideum, Menelaum, qui cum Illyriis,
 deinde cum Olynthiis grauida bella gesit. Insi-
 diis autem Eurydices uxoris, quae nuptias generi
 patta, occidendum virum regnumque adultero
 tradendum suscepserat, occupatus fuisset, ni filia
 pellicatum matru & sceleris consilia prodidisset.
 Funditus itaque tot periculis, senex decepit, regno
 maximo ex filiis Alexandro tradito. Igitur Ale-
 xander inter prima initia regni, bellum ab Illy-
 riis pacta mercede, & Philippo fraire dato obsi-
 de, redemit. Interiecto quoque tempore per eundem
 ob fidem cum Thebanis gratiam paci reconciliat:
 quae res Philippo maxima incrementa egragie
 andolis dedit. Siquidem triennio Thebis obfes habi-
 tus, prima pueritia rudimenta, in urbe severitatis
 antiqua, & in domo Epamir undae summi & Phi-
 losophi & Imperatoris, depositus. Nec multò post
 Alexander insidiis Eurydices matru appetitus oc-
 cumbit, cui Amyntas in scelere deprehensa propter
 communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitio
 fam fore, pepercerauit. Erater quoque eius Perdicca
 pari insidiarum fraude decipitur. Indignum pror-
 fus libidini causa liberos à matre vita priuatos,
 quam scelerum suorum suppliciis liberorum con-
 templatio vindicauerat. Perdicca hoc indignior cæ-
 des videbatur, quod ei apud matrem misericordia
 nec parvulus quidem filius conciliauerat. Itaque
 Philippi

Philipus diu non sē regem, sed tutorem pupilli egit. At ubi grauiora bella imminebant, sc̄rumque auxilium in expectatione infantis erat, compulsus à populo, regnum suscepit. Ut est ingressus imperium magna de illo spes omnibus fuit, & propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum & propter vetera Macedoniae fata, quae cecinerant, uno ex Amyntae filiis regnante, florentissimum ifore Macedonia statum: cui sp̄ei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni cum hinc cædes fratrum indignè peremptorum, inde hostium multitudo, hinc insidiarum metus, inde inopia continui belli & exhausti regni immaturam etatem tyronis urget, bellaque veluti conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diuersis locis vnotempore confuebant, quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, alia interposita pactione componit, alia redimit facilimis quibusque aggressis, quorum victoria & militum trepidos animos formaret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias victis metu belli grauiorū, cum interficere omnes posset, incolumes sine pretio dimisit. Post hac bello in Illyrios translato, multa millia hostium cedit. Urbem nobilissimam Larissam capit, hinc Thessaliam, non præda cupiditate, sed quod exercitū suo robur Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improuisus expugnat: unūmque corpus equitum pedestriūmque copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter proueniētibus, Olympiada* Neo * Euruchē ptolomi regis Molosorum filiam, uxerem ducit, habet Oros, conciliante nuptiis fratre patruele, * altore virgi- * tutora

nus, Arysbare rege Molosserum, qui sororem Olym-
piadis Troadam in matrimonium habebat, qua-
causa illi exitij, malorumque omnium fuit. Nam
dum regni incrementa affinitate Philippi acquisi-
turum se sperat, proprio regno ab eodem priuatus,
in exilio consenust. Hu itaque gestis, Philippus
iam non contentus summuere bella ultro etiam
quietos lacescit. Cum Methonam urbem oppugna-
ret, in prætereuntem de muris sagitta iacta, dex-
trum oculum regis effudit: Quo vulnere nec segno,
in bellum, nec iracundior aduersus hostes facilius est
adeo ut interiectis diebus, pacem deprecantibus
dederit: nec moderatus tantum, verum etiam mi-
sis aduersus victos fuerit.

Iustini Lib. VIII.

Graecia ciuitates dum imperare singulae
cuiunt, imperium omnes perdidunt.
Quippe in mutum exitium sine modo
ruetes, ab omnibus victa perierte. Quid
singulae amitterent, non nisi oppressæ senserunt. Siqui
de Philippus rex Macedonia, velut è specula qua-
dam, libertati omnium insidiatus, dum contensiones
ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, vi-
ctos pariter vicerisque subire regiam seruitutem
coegerit. Causa & origo huius mali Thebani fuere.
Qui cum rerum potirentur, secundam fortunam
imbecillo animo ferentes, viatos armis Lacedamo-
niis & Phocensibus, quasi parua supplicia cædibus
& rapinis luisserent, apud commune Graecia concilium
superbe accusauerunt. Lacedamonij criminis
datum, quod arcem Thebanam induciarum tem-
pore occupassent: Phocensibus, quod Boeotiam depo-
pulati essent: prorsus quasi post arma & bellum
locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio

victorum exaceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exoluī non posset. Igitur Phocenses, quum agris, liberis, coniugib[us]que priuarentur, desperatis rebus, Philomelo quodam duce, velut deo irascentes, templum ipsum Appollinis Delphis occupauere. Inde auro, & pecunia diuites, cōductō m. r. cenario milite, bellum Thebanis intulerunt. Fāctūmque Phocensium, tametsi omnes execrarentur, propter sacrilegium, plus tamen inuidia Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. Itaque auxilia hu[m] ab Atheniensibus, & à Lacedamonij missa, Prima igitur congregacione Philomelus Thebanos castro exuit. Sequenti pralio primus inter confertissimos dimicans cecidit, & sacrilegū pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux^{*} Oenomanus * Onomar- chus creature. Aduersus quem Thebani Thessalique nō ex ciuib[us] suū, ne victoris potentiam ferre non posse[n]t, sed Philippum Macedoniae regem, ducem eligunt, & externæ dominationi, quam in suis timuerunt, sponte succedunt. Igitur Phillipus quasi sacrilegū, non Thebanorum vltor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atque ita v[e]luti deo duce, in pralium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capessunt, pœnasque violatae religionis sanguine & cedibus suis pendunt. Incredibile quantam ea res apud omnes nationes Phillipo gloriam dedit. Illum vindicem sacrilegū, illum vltorem religionum, quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret extitisse dignum. Itaque d[omi]n[u]s proximus habetur per quem deorum maiestas vindicata sit. Sed Athenienses auditō belli euentu, ne in Graciam Phillipus transiret, angustias Thermopylarum pari

Delphicum
oraculum à
Phocensibus
occupatū spo-
liatumque.

ratione, sicut ante à aduenientibus Persis, occupare: sed nequaquam simili aut virtute, aut causa. Siquidem tunc pro libertate Græcia, nunc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hostium templorum vindicatur, nunc aduersus vindices templorum raptiores defensuri: aguntque propugnatores sceleris, cuius turpe erat alios vindices fuisse: insimmores prorsus, quod in dubiis rebus suis, illo Deo etiam consiliorum autore usi fuerant: quod ille duce tot bella victores inierant, tot urbes auspicatò condiderant, tantum imperium terra marique quesierant: quod nihil sine maiestate numeris eius aut priuata unquam, aut publica rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimus legibus institutisque, formata, ut quid unde posthac succensere iure barbaris possint, non haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit: quippe veluti timens, ne ab hostibus sacrilegij scelere vinceretur: ciuitates, quarum paulò ante dux fuerat, quæ sub auspicijs eius militauerant, quæ gratulata illi, sibique victoriam nacta fuerant, hosti-

Hec egit an-liter occupatas diripuit. Coniuges, liberosque anno 25 tan- mnium sub corona vendidit, non deorum invori- quam iratus talium templis, non adibus sacris, non dys penati- diis. Oros. bus publici priuatisque, ad quos paulò ante in- gressus hospitaliter fuerat, pepercit: prorsus ut no- tam sacrilegij ultor extitisse, quam sacrilegorum licentiam quasi vide-retur. Inde veluti rebus egregiè gestis, in Cappadociam traxit: ubi bello pari perfidia gesto, captisque per dolum & occisis finitimis regibus, universam provinciam impe- rio Macedoniae adiungit. Deinde ad abolendam inuidia famam, qua insignis preter ceteros tunc temporis habebatur, per regna mittit, & opulen- tissimas

tissimas ciuitates, & phana ac templo, qui opinionem fererent, regem Philippum magna pecunia locare: & muros per ciuitates, & phana & templo facienda, & ut per praconem, susceptores sollicitarentur. Qui cum in Macedoniam venissent, varijs dilationibus frustrati, vim regia maiestatis timentes, taciti proficisciabantur. Post hac Olynthios aggreditur. Recepierant enim per misericordiam post cedem unius duos fratres eius, quos Philippo ex-
cisa.

Philippus ex nouerca genitos, veluti participes regni interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam urbem antiquam & nobilem excindit, & fratres olim destinato supplicio tradit, pradique ingenti pariter & parricidij voto fruitur. Inde quasi omnia, quae agitasset * animo, ei licerent, au- * omnino raria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat. Et ne quod ius vel phas inuiolatum pretermitteretur, piraticam quoque exercere instituit. His itaque gestis, forte euenit, ut eum fratres duo reges Thraciae, non contemplatione iustitiae eius, sed inuicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligerent. Sed Philippus more ingenij sui, ad iudicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instruto exercitu superuenit, regno utrumque non iudicis more, sed fraude latronis ac scelere spoliavit. Dum huc aguntur, legati Atheniensium petentes pacem ad eum venerunt. Quibus auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit: scribit. Etiā vita spa- liatos Oros.

ibique ex commodo utrunque pax facta. Ex ceteris quoque Gracia & ciuitatibus, non pacis amori, sed belli metu legationes venere. Siquidem cruce-
descente ira, * Thessali, Bœotij, orant, ut pro- * Thebams fessum se aduersum Phocenses ducem, Gracia exhibeat: tanto odio Phocensum ardentem, ut oblitus

cladium suarum, perire ipsi, quām non perdere eos
 p̄s̄optarent: expertāmque Philippi crudelitatem
 pati, quām parcere hostibus suis mallent. Contrā
 Phocensium legati adhibitis Lacedemonijs, &
 Atheniensibus, bellum deprecabantur: cuius ab eo
 dilationem ter iam emerant. Fœdum prorsus mi-
 serandēmque spēt aculum, Græciam etiam nunc
 & viribus, & dignitate orbis terrarum princi-
 pem, regum certè gentiūmque semper vītricem,
 & multarum adhuc urbium dominam alienis
 excubare sedibus: aut roganter bellum, aut de-
 precavent in alterius ope omnem spēm posuisse:
 orbis terrarum vindices eousque discordia sua,
 ciuitatisque bellis redactos, ut adulentur ultro
 sordidam paulò antē clientelā sua partem: &
 hoc potissimū facere Thebanos, Lacedemoniōsque
 antea inter se imperij, nunc Græciæ imperantis
 emulos. Philippus inter bac, vendicatione gloria
 sue, tantarum urbium fastigium agitat, atque
 utros potius dignetur, estimat. Secretè igitur au-
 ditis viriusque legationibus, his veniam belli
 pollicetur, iureiurando adactis, responsū nemini
 prodituros: illis contrā venturum se, auxiliūmque
 laturum. Utrosque vetat parare bellum, aut me-
 tuere. Sic variato responso, securi omnibus, Ther-
 mopylarum angustias occupat. Tunc primum
 Phocenses, se captos fraude Philippi animaduer-
 tentes, trepidi ad arma configiunt. Sed neque spa-
 tium erat instruendi belli, nec tempus ad contra-
 benda auxilia, & Philippus excidium minaba-
 tur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pa-
 cēta salute se dedunt. Sed pactio eius fidei fuit, cu-
 ius ante fuerat deprecati belli promissio. Igitur
 ceduntur passim, rapiunturque: non liberi paren-
 tibus, non coniuges mariti, non Deorum simula-
 cra

era templis suis relinquuntur. Vnum tantum miseri
 seris solitum fuit, quod cum Philippus portione
 predae socios fraudasset, nihil rerum suarum apud
 inimicos viderunt. Reuersus in regnum, ut pe-
 cora pastores nunc in hybernos, nunc in astiuos
 saltus traiiciunt, sic ille populos & urbes: ut illi
 vel replenda, vel derelinqua quaque loca vi-
 debantur, ad libidinem suam transfert. Misera-
 da ubique facies, & excidio similis erat. Non qui-
 dem paucorū ille hostilis, nec discursus per urbem
 militum erat, non tumultus armorum, non bono-
 rum atque hominum rapina: sed tacitus mœrer
 & luctus verentibus ne ipsa lacrymae pro contu-
 macia haberentur. Criscit disimulatione ipsa dol-
 lor, hoc altius demissus, quo minus profiteri li-
 cet. Nunc sepulcra maiorum, nunc veteres pena-
 tes, nunc recta, in quibus geniti erāt, in quibusque
 genuerant, considerabant: miserantes nunc vicem
 suam, quod in eam diem vixissent: nunc filiorum,
 quod non post eam diem nati essent. Alios popu-
 los in finibus ipsis hostibus opponit: alios in ex-
 tremis regni terminis statuit: quosdam bello ca-
 ptos in supplementis urbium diuidit. Atque ita
 ex multis gentibus nationibusque unum regnum
 populūmque constituit. Compositis ordinatisque
 Macedonia rebus, Dardanos, ceterosque finitimos
 fraude captos expugnat. Sed nec à proximus ma-
 nus abstinet. Siquidem Arymbam regem Epi-
 ri, uxori sue Olympiadi arctissima cognatione
 iunctum, pellere regno statuit: atque Alexandrum
 priuignum eius, uxoris Olympiadis fra-
 trem, puerum honesta pulchritudinu, in Macedo-
 niā nomine sororis accersit, omnique studio soli-
 citatum, in spem regni, simulato amore ad stupri
 consuetudinem perpulit, maiera in eo obsequia
 habet



In mercede ficio. Igitur cum ad X X. annos peruenisset, erexit
perpetrati suū Arymba regnum puerō admodum tradit, scelestus
in utroque. Nam nec in eo ius cognationis seruavit, cui ademit regnum: & eum cui dedit,
impudicum fecit antē, quam regem.

Iustini Lib. IX.

Constantino-
polis acinde-
dita.

In Graciam Philippus cum venisset, sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & ex preda modicarum urbium, quātē opes universarum essent, animo prospiciēs, bellum toti Graciae inferre statuit. Ad eius emolumen-
tum egregiè pertinere ratus, si sibi Byzantium, nobilem & maritimam urbem, receptaculum terra marique copijs suis futurum, in potestatem redigisset. Eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Hac nanque urbs condita primo à Pausania rege Spartanorum, & per V I I. annos possesta fuit. Deinde variante victoria, nunc Lacedemoniorum, nunc Atheniensium iuris habita est. Quae incerta possesso effecit, ut nemine quasi suā auxilijs iuuante, libertatem constantius tueretur. Igitur Philippus longa obsidionis mora exhau-
stus, pecuniae commercium de piratica mutuatur. Captis itaque centum septuaginta nauibus mer-
cium, & distractis, anhelantem inopiā paululum recreauit. Deinde, ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonensium urbes expugnat. Filium Alexandrum, decem & octo annos natum, ut sub militia patris tirocinij rudimenta depone-
ret, ad se accersit. In Scythiam quoque prædandi causa profectus est more negotiantium, impensas belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex Scytharum

Scytharum^{*} Mattheas, qui cum bello Istrianoru^m *Era^s
 premeretur, auxilium à Philippo per Apollonien- Orofius. Ie:
 ses petit, in successione eum regni Scythia adopta- git.
 turus, cum interim Istrianorum rex decedens, &
 metu belli, & auxiliarum necessitate Scythus sol-
 uit. Itaque Mattheas remissis Macedonibus re-
 nunciari Philippo iubet, neque auxilium eius se
 petisse, neque adoptionem mandasse. Nam neque
 vindicta Macedonum egere Scythus, quibus me-
 liores forent: neque heredem sibi incolui filio de-
 esse. Hu auditu, Philippus legatos ad Mattheam
 mittit, impensa obſidionis portionem petentes, ne
 inopia bellum deserere cogatur. Quod eò pro-
 ptius cum facere debere, quod missis à ſe in auxi-
 lium eius militibus, ne ſumptum quidem via, non
 modò officij pretia dederit. Mattheas inclemen-
 tiam caeli & terra sterilitatem causatus, qua non
 patrimonij dite Scythus, ſed vix alimeta ex-
 hibeat, respondit nullas ſibi opes eſſe, quibus tan-
 tum regem expleat: & turpius putaret paruo de-
 fungi, quam rotum abnuere. Scythus autem vir-
 tute animi, & duritia corporis, non opibus cenge-
 ri. Quibus derisus Philippus, ſoluta obſidione By-
 zantij, Scythica bella aggreditur, præmiis lega-
 tu, que ſecuriores faceret, qui nuncient Matthea,
 dum Byzantium obſideret, vnuſſe ſtatuam Her-
 culic: ad quam in oſtio Istri ponendam ſe veni-
 re, pacatum accessum ad religionem dei petens,
 amicus ipſe Scythus venturus. Ille, ſi uoto fungi
 velit, ſtatuam ſibi mitti iubet, non modò ut pona-
 tur, veruſetians ut inuiolata maneat, pollice-
 tur. Exercitum aurem fines ingredi, negat ſe paſ-
 furum. Ac ſi inuitus Scythus ſtatuam ponat, eo di-
 gressi ſublaturum, uerſurūmque a: ſtatuae in acu-
 leos sagittarum. His utrinque irritatis animis
 pralium

prælium committitur. Quum virtute, & namere
præstarent Scythæ, astutia Philippi vincuntur.
Viginti milia puerorum ac fœminarum capta,
pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea pri-

Scythæ per mūm fides in opia Scythica fuit. Viginti milia nobilia fœminarum equarum ad genus faciendum in Mace-
mis vti ma-
lunt, quoniā doniam missa, Sed reuertenti à Scythia, Triballi
vrinam cur-
su non impe-
ditto reddūt.
Plin.lib.8.

portionem accipiant præda. Hinc iurgium, & mox
prælium: in quo ita in femore vulneratus est Phi-
lippus, ut per corpus eius equus interficeretur.
Cum omnes occisum putarent, præda amissa est.
Ita Scythica velut deuota spolia penè luctuosa
Macedonibus fuere. Vbi verò ex vulnere primū
conualuit, diu dissimulatum bellum Atheniensi-
bus infert: quorum cause Thebani se iunxerent, me-
tuentes ne viciis Atheniensibus, veluti vicinum
incendium beili ad se transiret. Facta agitur inter-
duas paulò antè infestissimas ciuitates societate,
legationibus Graciam fatigant, cōmunem hostem
putant communibus viribus summouendū: Neque
enim cessaturum Philippum, si prosperè prima
successerint, nisi omnem Graciam domuerit. Motæ
quædam ciuitates Atheniensibus se iungunt: quas-
dam autem ad Philippū belli metus traxit. Præ-
lio commisso, cùm Athenenses longè maiore mi-
litum numero præstarent assiduis bellis indurata
virtute Macedonum vincuntur, non tamen im-
memores pristinæ gloriæ cecidere. Quippe aduer-
sis vulneribus, omnes loca, quæ tuenda à ducibus
aceperant, morientes corporibus texerūt. Hic dies
vniuersæ Grecie & gloriæ dominationis, & ve-
tustissimam libertatem finit. Huius victoriarum cal-
lide dissimulata latitia est. Denique non solita sa-
cra Philippus illa die fecit, non in coniunctio risit,

non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut vnguentas sumpsit: & quantum in illo fuit, ita visitavit, ut victorem nemo sentiret. Sed nec regem se Gracia, sed ducem appellari iubis. Atque ita inter tacitam letitiam & dolorem hostium temperauit, ut neque apud suos exultasse, neque apud victos insultasse videretur. Atheniensibus, quos passus infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit, & bello consumptorum corporum sepulture reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulchra maiorum deferrent, ultro hortatus est. Super haec Alexandrum filium cum Amico Antipatro, qui pacem cum his amicitiamque iungeret, Athenas misit. Thebanorum porro non solum captiuos, verum etiam interfectorum sepulturam vendidit. Hoc erat a mortuis tributum exigere. Principes ciuitatis alios securi percusserunt, alios in exilium redigunt, bonaque omniū occupauit: *pulsos a sōs deinde per iniuriam in patriam restituit. Ex ciuib⁹ in horum numero C C C. exiles iudices, rectoresque patriam recipiuit dedit. Apud quos cū potentissimi quique stituit, legit rei eius ipsius criminis postularētur, quod per in- Orosius. iuriā se in exilium egissent, huius cōstantiae fuerunt, ut omnes se autores faterentur, meliusque cū Repub. actum cū damnati essent, quam cū restituti contenderent. Mira prorsus audacia: de iudicibus vita necis sua, quemadmodum possunt sententiam ferunt, contemnūntque absolutionem, quam dare iniici possunt: Et quoniā rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem. Compositis in Gracia rebus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerum praesentium statum, euocari Corinthus iubet: Ibi pacis legem vniuersa Gracia pro meritis singulariū ciuitatum statuit. conciliūmque omnium veluti unum senatum ex omnibus elegit. Sali Lacedamonij & legē. & regem

& regem contempserunt, seruiturem non pacem
 * Quid si le rati, qua nō ipfis cūiātibus conueniret, sed à vi-
 gas pro? & tōre ferretur. Auxilia deinde singularum cūiā-
 tum describuntur, sine adiuuandis ea manu rex
 oppugnare atiquo foret, seu duce illo bellum infe-
 rendum: Neque enim dubium erat, imperiū Per-
 sarum his apparatibus peti Summa auxiliorum
 ducenta millia peditum fuere, & equum quin-
 decim millia. Extra hanc summatim & Macedo-
 nia exercitus erat, & cōfinis domitarum gentium
 barbaries.

Olympias p. Initio veris tres duces in Asiam Per-
 pter stupri suspicione à Parthenonem, Amyntam.
Philippo ex- & Attalum, cuius sororem nuper expulsa Ale-
 xandri matre Olympiade, propter stupri suspi-
 cionem, in matrimonium acceperat. Interea dum
 auxilia à Gracia coeunt, nuptias Cleopatrae fi-
 lie, & Alexandri, quem regem Epiri fecerat, ce-
 lebrat. Dies erat pro magnitudine duorum re-
 gum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis, ap-
 paratibus insignis. Sed nec iudorum magnificen-
 tia deerat: ad quorum spectaculum Philippus
 cū sine custodibus, medius inter duos Alexan-
 dros, filium generumque concederet. Pausanias no-
 bilis ex Macedonibus, nemini suspectus adolescēs,

Philippus ob occupatum angustijs Philippum in transitu
 truncatur. obtruncat: diemque latitū destinatum, secundum
 luctu funeris facit. Hic Pausanias primis puber-
 tatis annis stuprum per iniuriam passus ab Atta-
 lo fuerat: cuius indignitati hac etiam saeitas ac-
 cesserat: Nam perductum in coniuto, solitūmque
 mero Attalus, non suæ tantum, verum, & coni-
 uarum libidini, velut scortum vile subiecerat, lu-
 dibriūmque omnium inter coequalis reddiderat.
 Hanc rem agrè ferens Pausanias, querelam Phi-
 lippo sepe detulerat. Cum varijs frustrationibus

non sine risu deferretur, & honoratum insuper ducatur aduersariorum cerneret, iram in ipsum Philipum vertit, ultionemq; quam ab aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditū est etiam immisum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse: Quippe non minus Olympiadem, repudium, & prelatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse: Alexandrum quoque regni emulum, fratrem ex nouerca susceptum timuissē, eoz actum, ut in conuiuio antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret, adeò ut etiam stricto gladio eum Philippus consecutus sit, agregz à filiū cede amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat: vixq; reuocanti mitigatus est patri, precibusq; cognatorum agre redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat, peruicissetq;, ni filie nuptijs pater generum occupasset. His stimulus irarum viriz Pausaniam de impunitate stupri sui querentem, ad tantū facinus impulisse creduntur. Olympias certe fugienti percussori, equos quoq; paratos habuit. Ipsa deinde audita regis nece, cum titulo officij ad exequias cucurisset, in cruce pendentis Pausanis capiti, eadem nocte qua venit, coronam auream imponit: quod nemo aliis audere, nisi hæc, superstite Philippi filijs, potuisset. Paucos deinde post dies, refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit, & tumulum ei eodem fecit in loco, parentarique eidem quotannis, incussa populo superstitione, curauit. Post hæc Cleopatram, à qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius prius filia imperfecta, finire vitam suspendit,

coegit,

Olympiadis
facinora.

coēgit, spectaculōque pendentis ultio petita est, ad
 quam per parricidium festinauerat. Nouissimē
 gladium illum, quo rex percussus est, Apollini sub
 nomine Myrtalu consecrauit. Hoc enim nomen an-
 tē Olympiadis parvula fuit. Quæ omnia ita pa-
 lam facta sunt, ut timuisse videatur, ne facinus
 ab ea commissum, non probaretur. Decessit Phi-
 lippus XI. & VI. annorum, cum annis XXV. re-
 gnasset. Genuit ex Larissæ saltatrice filium Ari-
 deum, qui post Alexandrum regnauit. Habuit &
 multos alios filios ex varijs matrimonij regio mo-
 re susceplos, qui partim fato, partim ferro, perie-
 re. Fuit rex armorum, quām coniuiiorum appa-
 ratibus studiſſor, cui maximæ opes erant instru-
 menta bellorum, diuītiarum quæſtu, quām cuſto-
 dia ſolertior. Itaque inter quotidiana rapinas ſem-
 per inops erat. Mifericordia in eo & perfidia pari-
 iure dilectæ, nulla apud eum turpis ratio vincen-
 di, blandus pariter, & in gratia offensari ſimula-
 re: infidiosus alloquo: qui plura promitteret, quām
 praſtaret: In ſeria & iocos artifex. Amicitias uti-
 litate, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, in-
 ſtruere inter concordantes odia, apud utrunque
 gratiam querere, ſolennis illi conſuetudo. Inter hæc
 eloquentia, & insignis oratio acuminis & ſolertia
 plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati in-
 Alexider ma- uentionum deefſet ornatus. Huic Alexander ſuc-
 getus.
 Comparatio ceſſit, & virtute & vitys patre maior. Itaque
 Philippi & A- vincēdi ratio utrique diuersa: Hic aperta vi, ille
 lexandri. artibus bella tractabat: Deceptis ille gaudere ho-
 ſtibus, hic palam ſufit: Prudentior ille conſilio, hic
 animo magnificentior: Iram pater diſimulare
 plerunque & vincere: hic ubi exarsifſet, nec dila-
 tio ulitionis, nec modus erat. Vini nimis uterque
 auditus, ſed ebrietatis diuera vita. Patri mos e-
 rat &

rat & de coniuio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre: Alexander non in hostem, sed in suos seuebat. Quamobrem Philippum sape vulneratum prelia remisere: hic amicorum interactor coniuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis volebat, hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui. Literarum cultus utriusque similius. Solertia pater maioris, hic fides. Verbis atque oratione Philippus, hic rebus moderator. Parcendi viatis filio animus & promptior, & honestior: frugalitati pater, luxuria filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperij fundamenta pater fecit, operis totius gloriam filius consummauit.

Iustini Lib. X.

ARtaxerxi regi Persarum ex pellicibus C X V. filii fuere, sed tres tantum iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, & Ochus. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater regem viuus fecit, nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset, sincerumque gaudium ex procreacione capturum si insignia maiestatis sua viuus in filio confidexisset. Sed Darius post noua paterne pie-tatis exempla, interficiendi patris consilium cepit. Sceleratus fuisse, si solus parricidium cogitasset: tanto sceleratior, quod in societatem facinoris assumptos quinquaginta fratres fecit par-ricidas. Offenti prorsus genus, ubi in tanto po-pulo non solum sociari, verum etiam sileri parri-cidium potuit; ut ex L. liberis nemo inuentus sic,

Vide Plutar-chum.

Consilia occi-dendi patris Ochus agitas-se p. Atossa scribit Plutar-

quem aut paterna maiestas , aut veneratio senis,
aut indulgentia patru, à tanta immanitate reu-
earet. Adeóne vile paternum nomen, apud tot nu-
mero filios fuit , ut quorum prafidio tutus etiam
aduersus hostes esse debuerat , eorum insidijs cir-
cunuentus, tutior ab hostibus, quam à filijs fuerit?
Causa parricidij sceleratior ipso parricidio fuit.
Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio su-
prà habita est , Aspasiam pellicem eius rex Ar-
taxerxes in matrimonium receperat. Hanc pa-

* credere trem * cedere sibi sicuti regnum , Darius postu-
lauerat : qui pro indulgentia sua in liberos, primo
facturum se dixerat : mox pœnitentia ductus, ut

Vide Plutar-
chum.

honestè negaret, quod temere promiserat, Solis eam
sacerdotio præfecit , quo perpetua illi ab omnibus
viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus
iuvens, in iurgia primò patri erupit, mox facta
cum fratribus coniuratione, dum patri insidias pa-
rat, deprehensus cum socijs, pœnas parricidij djs
paterna maiestatis ultoribus dedit. Coniuges quo-
que omnium cum liberis, ne quod vestigium tan-
ti sceleris extaret , interfictæ sunt. Post hæc Ar-
taxerxes morbo ex dolore contracto decedit. Rex
quam pater felicior. Hæreditas regni Ocho tradi-
ta, qui timens parem coniurationem , regiam co-
gnatorum cæde & strage principam replet, nulla,
non sanguinis, non sexus , non etatis misericordia
permotus : scilicet ne innocentior fratribus parri-
cidis haberetur. Atque ita veluti purificato re-
gno, bellum Armenijs infert. In eo cum aduersus
prouocatorem hostium Codomanus quidam cum
omnium fauore processisset, hoste caso, vittoriā
suis pariter , & propè amissam gloriam restituīt.
Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Ara-
menijs. Interiecto deinde tempore , post mortem
Ochi

Ochi regis ab memoriam pristine virtutis rex à populo constituitur, Darij nomine, ne quid regia maiestatis decesset, honoratus : bellumque cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, magna virtute gesit. Postremò vietus ab Alexandre, & à cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finiuit.

Iustini Lib. XI.

Ab. Vrb. cond.
526.

Nex exercitu Philippi, sicuti variae gentes erant, ita eo occiso diuersi motus animorum fuere. Alij quippe iniusta seruitute oppressi, ad spem se libertatis erigebant: alijs tædio longinqua militiae, remissam sibi expeditionem gaudabant: nonnulli facem nuptijs filiæ accensam, rogo patrii subditam dolebant. Amicos quoque, tam subita mutatione rerum, haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc prouocatam Asiam, nunc Europam nondum perdomitam, nunc Illyrios, & Thracas, & Dardanos, ceteraque barbaras gentes fidei dubiae, & mentis infidae: Qui omnes populi se pariter deficiant, resisti nullo modo posse. His rebus, veluti medela quadam, interuentus Alexandri fuit: qui pro concione, ita vulgus omne consolatus, hortatusque pro tempore est, ut & metuamentibus demeret, & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos X X. natus, in qua etate ita moderata de se multa pollicitus est, ut appareret plura eum experimentis reseruare. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, præter militiae vacationem dedit, quo facto tantum sibi fauorem omnium conciliauit, ut corpus hominis, non virtutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternarum exequiarum fuit: In quibus ante omnia,

cadis conscius ad tumulum patris occidi iussit, soli Alexandro Lyncistarum fratri pepercit, seruans in eo auspicium dignitatis suæ. Nam regem eum primus salutauerat. Aemulum quoque imperij Caranum fratrem ex noverca suscepsum, interfici curauit. Inter initia multas gentes rebellantes compescuit. Orientes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus, tacito gradu in Graeciam contendit: ubi exemplo patri Corinthum euocatus, ciuitatibus dux in locum eius substituitur. Inchoatum deinde à patre Persicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato, nuntiantur Athenienses, Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas deficisse, aut rémque eius defectio-
nis magno auri pondere à Persis corruptum.

Demophenes moſthenem oratorem extitisse, qui Macedonum deletas omnes cum rege cogias a Triballis affirmauerit, producto in concessionem autore, qui in eo prælio, in quo rex ceciderat, se quoque vulneratum dicerit. Qua opinione mutatos omnium fermat ciuitatum animos esse, praſidia Macedonum obſideri. Quibus moribus occurſurus, tanta celeritate instruto, paratōque exercitu Graciam oppresit, ut quem venire non ſenferant, videre ſe vix crederent. In transiſu hortatus Thessalos fuerat, beſſeriorūmque Philippi patru, maiernaque ſua cuixiſ his ab Aeacidarum gente neceſſitudinis admonuerat. Cupide hæc Thessalis audientibus, exemplo patri dux uniuersa gentis creatus erat, & vectigalia omnia, reditus ſuos ei tradiderant. Sed Athenienses, ſicuti primi defecerunt, ita primi pænitere caperunt, contemptum hostis in admirationem conuertentes, pueritiamque Alexandri ſpretam antea, ſupra virtutem veterum ducum extollentes. Missis itaque legatis bellum deprecan-

tur. Quibus auditis, & grauiter increpati, Alexander bellum remisit. Inde Thebas exercitum conuertit, eadem indulgentia usurps, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione usi sunt. Itaque victi grauiſſima quæque supplicia miserrimæ captiuitatis experti sunt. Cum in concilio de excidio urbis deliberaretur, Thocenses, & Plateenses, & Theſpienses, & Orchomeni, Alexandri socii, vitoriaeque participes, excidium urbium suarum, crudelitatēque Thebanorum referebant, studia in Persas non praesentia tantum, verum etiam & vetera aduersus Graciam libertatem increpantes. Quamobrem * odium eos omnium populorum es- * odio se, vel ex eo manifestari posse, quod iureiurando se omnes obſtrinxerint, ut vietus Persis Thebas diuererent. Adyciunt & scelerum priorum fabulas, quibus omnes scenas repleuerant, ut non praesenti tantum perfidia, verum & vetere infamia inuisi forent. Tunc Eleadas unus ex captiuis data potestate dicendi, non à rege sè defecisse, quem interfectum audierint, sed a regis heredibus: quicquid in eo sit admissum, credulitatis, non perfidiae culpari esse, cuius tamen iam magna se supplicia pependisse. Deleta inuentute, nunc scenum faeminarumque sicuti infirmum, ita innoxium restare vulgus, ipsumq; stupris contumelijq; ita vexatum esse, ut nihil amarius unquam sint passi: nec iam pro ciuibus sè, qui tam pauci remanerint, orare: sed pro innoxio patriæ solo, & pro urbe, quæ non viros tantum, verum etiam Deos gneuert. Priuata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud ipſos Herculis, unde originem gens Aeacidarum trahat: atque Thebis à patre eius Philippo pueritia rogarat, urbi parcat, quæ

maiores eius partim apud se genitos deos adores, partim educatos summa maiestatu reges viderit.

XXX M. numero vendi- Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque urbs diruitur, agri inter victores diuiduntur, captiui dit: pepercit sub corona venduntur, quorum pretium non ex e- tamen Pinda- mentum commodo, sed ex inimicorum odio exten- ri stirpi. Plut. ditur. Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque portas refugij profugorum contra interdictum re- gis aperuere. Quam rem ita grauiter tulit Ale-

Vide apologū de canibus, o- xander, ut secunda legatione denuo bellum depre- uibus & lupo cantibus, ita demum remisit, ut oratores & duces apud Plutarc. quorum fiducia toties rebellent, sibi dedantur: pa- ratisque Atheniensibus, ne cogantur subire bel- lum, eò res deducta est, ut retentu oratoribus, du- ces in exilium agerentur: qui excontinenti ad Da- rium profecti, non mediocre momentum Persa- rum viribus accessere. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes nouerçæ sua cognatos, quos Philip- pus in excelsiore dignitatis locum prouehens, im- perij praefecerat, interfecit: sed nec suis, qui apti regno videbantur, pepercit, ne qua materia sedi- tioniis, procul se agente, in Macedonia remaneret: & regis stipendiarios conspectiorū ingenij, ad com- militum secum trahit, seniores ad tutelam regni relinquit. Adunato deinde exercitu naues onerat: unde conspecta Asia, incredibili ardore mentis

Tou, Herca. accensus, duodecim aras deorum in bello vota sta- li & Mineruxtuit. Patrimonium omne suum, quod in Ma- sunt aræ in ri donia, Europaque habebat, amicis diuidit, sibi pa Pirami. Q. Curt.

Asiam sufficere præfatus. Priusquam ulla nauis littore excederet, hostias cedit, petens vittoriam bello, quo toties à Persis petitæ Græcia vltor re- lictus fit: quibus longa iam sati, & matura im- peria contigisse, quorūque tempus esset vices excipere melius acturos. Sed neque exercitus eius alia,

alia, quam regis animorū presumptio fuit. Quippe oblii omnes coniungit, liberorumque, & longinqua à domo militia, Persicum aurum & totius Orientis opes, iam quasi suam prādam ducebant: nec belli periculorum, sed diuitiarum meminerant. Cum delati in continentem essent, primus Alexander iaculum velut in hostilē terrā iecit, armatusque de nauī tripudianti simili profluit, atque ita hostias cedit, precatus, ne sē regem illae terrae inuitae accipiant. Inibi quoque ad tumulos eorum, qui Troiano bello ceciderant, parentauit. Inde hostem petens, milites à populatione Asiae prohibuit, parcendum suis rebus præfatus, nec perdenda ea, quæ possessuri venerant. In exercitu eius fuere peditum xx x. duo millia, * equitum quatuor millia quingenti, naues centum LXXXI. Hac tam parua manu uniuersum terrarum orbem utrum sit admirabilius, vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est: cum ad tam periculosum bellum exercitus legeret, non iuuenes robustos, nec primo flore etatis, sed veteranos plerosque etiam emerita militia, qui cum patre, patruisque militauerant, elegit, ut non tam milites, quam magistros militiae electos putares. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit, ut si principia castrorum cerneret, senatum te alicuius prisca Reipublicæ videret diceret: itaque nemo in prælio fugam, sed victoriam cogitauit: nec in peribus cuiquam spes, sed in lacertu fuit. Contrà rex Persarum Darius, fiducia virium nil astu agere, affirmans suis occulta consilia victoriae surciua non conuenire, nec hostem à regni finibus arcere, sed intimum regnum accipere: gloriofius ratus repellere bellum, quam non admittere. Prima igitur congregatio in campus Adrastij fuit.

Hoc erat fe
cialium ture
defungi. Vide
Macrobius.

* Equitum
non supra
quinque mil
lia.

In acie Persarum sexcenta millia militum fuerunt, quae non minus arte Alexandri, quam virtute Macedonum superata, terga verterunt. Ma-
Hic Q. Curt. gna itaque cædes Persarum fuit. De exercitu
aliter. Alexandri novem pedites, centum X X. equites
 ecedere, quos rex impensè ad ceterorum solatia
 humatos, statuis equestribus donauit, cognatisque
 eorum immunitates dedit. Post victoriam maior
 pars Asia ad eum defecit. Gesit & plura bella
 cum praefectis Dary, quos iam non tam armis,
 quam terrore nominus sui vicit. Dum hac agun-
 tur, interim indicio captiuū ad eum defertur, in-
 fidia se ab Alexandro Lyncistarum genero An-
 tipatri, qui propositus Macedonia erat, parari.
 Ob quam causam timens, ne quis imperfecto eo in
 Macedonia motus oriretur, in vinculis eum ha-

* Gordium buit. Post hac * Gordium urbem petit, quæ posita
 est inter Phrygiam maiorem & minorem: cuius
 urbis potiunda non tam propter prædam cupidio
 eum cepit, sed quod audierat in ea urbe in tem-
 plo Iouis iugum plaustri Gordij positum, cuius
 nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnatum
 rum, antiqua oracula cecinisse. Huius rei causa
 & origo illa fuit: Gordius cum in his regionibus
 bobus conductus araret, aues eum omnis generis
 circumvolare coepérunt: profectus ad consulendos
 augures vicine urbis, obuiam in porta ha-
 buit virginem eximiae pulchritudinis: percun-
 etatusque eam, quem potissimum augurem con-
 suleret: Illa auditæ causa consulendi, gnara ar-
 tis ex disciplina parentum, regnum ei porten-
 di, respondit: polliceturque se & matrimonij, &
 spei sociam. Tam pulchra conditio, prima re-
 gni felicitas videbatur. Post nuptias inter Phry-
 gas orta seditio est. Consulentibus de fine dis-
 cordiarum

Gordij Nodus.

cordiarum, oracula responderunt, regi discordijs opus esse. Iterato querentibus de persona regis, iubentur eum regem obscurare, quem reuersi primum in templum Iouis cunctem plaustrum reperissent. Obuius illu Gordius fuit, statimque eum regni consalutant: ille plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat in templo Iouis positum, maiestati confecrauit regis. Post. hunc filius Mida regnauit, qui ab Orrheo sacrorum solennibus initatus, Phrygiam religionibus impleuit. quibus tutor omni vita, quam armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum in templum Iouis venisset, iugum plaustrum requisuit: quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta cedit: atque ita resolutus nexibus, latencia in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nuntiatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. Itaque timens angustias, magna celeritate Taurum transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursus fecit. Cum Tarsum venisset, captus Cydri fluminis amanitate, per medianam urbem influentis projectus armis, plenus pulueris ac sudoris, in præfrigidam nudum undam se proiecit. Tum repente tantus neruos eius occupauit rigor, ut interclusa voce non spes modo remedij, sed nec dilatio periculi * interueniret. Vnus erat ex medicis nomine Philippus, qui solus remedium policeatur: sed & ipsum Parmenionis pridie à Cappadocia misse epistola suspectum faciebant, qui gnavus infirmitatis Alexandri, scripserat, à Philippo medico ut caueret: Nam corruptum illum à Dario ingenti pecunia esse. Tutius tamen est ratus, dubitare se fidei medici credere, quam inducere. Maxime bitato morbo perire. Accepto igitur poculo epis- lib. 3. cap. 8. stolas

Mida.

Gordius ille
nodus abiit
in proverbiis.

stolas medico tradidit, atque ita inter bibendum oculos in vultum legentis intendit. Ut securum conspexit, latior factus est, sanitatemque quarta die recepit. Igitur Darius cum C C C. millibus peditum, & centum millibus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis suæ. Alexandrum: sed interdum reputabat, quantas res cum ista paucitate gessisset, quantosque populos fudisset: Itaque cum spes metum vinceret, periculosius differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret, circunuectus suos, singulas gentes diuersa oratione alloquitur. Illyrios & Thracas opum ac diuitiarum ostentatione, Græcos veterum bellorum memoria, aternique cum Persis odij accendebat. Macedones autem nūc Europæ viæ admonet, nunc Asie expetita, nec inuentas illis toto orbe pares vires gloriatur. Caterum & laborum finem hunc, & gloria cumulum fore. Atque inter hæc identidem consistere aciem iubet, ut hac mora confuscent oculis turbam hostium sustinere. Nec Darij segnis opera in ordinata in ordinâ nanda acie fuit: Quippe omisis ducum officij ipse da acie.

Alexan-
dri dextrum Persarum, imperiique perpetua à Dij: immorta-
semur leuiter talibus datæ possessionis admonere. Post hæc præ-
perstridu Q. lium ingentibus animis comittitur. In eo uterque
Curt. rex vulneratur: tandem certamen anceps fuit quo-
ad fugeret Darius. Exinde cædes Persarum secuta
est. Cæsa sunt peditum unum & sexaginta millia,
equitum decem millia, capta quadraginta millia.

Aliter Curt. Ex Macedonibus cecidere pedestres C X X X.
equites C L. In castru Persarum multum au-
ri, caterarumque opum iuuentum. Inter ca-
ptiuos castrorum mater, & uxor, eadémque so-
ror, & filia dua Darij fuere. Ad quas usendas
hortan

hortandisque cum Alexander venisset, conspectis
 armatis inuicem se complexae, velut statim mori-
 turæ complorationem ediderunt. Prouolutæ dein-
 de genibus Alexandri, non * vitam, sed ut Da-
 ry corpus sepeliant, dilatione mortis deprecantur.
 Motus tanta mulierum pietate Alexander, &
 Darium viuere dixit, & timentibus mortis me-
 tum dimisit, easque haberi & salutari, ut regi-
 nas præcepit. Filias quoque non sordidius digni-
 tate patris sperare matrimonium iusset. Post hac
 opes Dary, diuitiarumque apparatum contem-
 platus, admiratione tantarum rerum capitur.
 Tunc primum luxuriosa coniuia, & magnificen-
 tiā epularum sectari, tunc * Marfinem capti-
 uam diligere propter formæ pulchritudinem cœ-
 pit. Aqua postea suscepsum puerum Herculem
 vocauit. Memor tamen adhuc Darium viuere,
 Parmenionem ad occupandam Persicam classem,
 aliosque amicos ad recipiendas Asia ciuitates mi-
 sit: quæ statim audita fama victoria ipsius, Da-
 ry præfectus cum auri magno pondere tradentibus
 se, in potestatem victorum venerunt. Tunc in
 Syriam proficiscitur: ubi obuios cum fulis multos
 reges Orientis habuit. Ex his pro meritis singulo-
 rum alios in societatem recepit, alijs regnum ade-
 mit, suffectū in loca eorum nouis regibus. Insignis * Abdolomī
 præter ceteros fuit * Abartonius, rex ab Ale-
 nus.
 xandro Sidonie constitutus. Quem Alexander
 cum operam ablocare ad puteos exhauiendos,
 hortosque irrigandos solitus esset, miserè vitam * exigentera
 exhibentem regem fecerat, spretis nobilibus, ne
 generis id, non dantis beneficium putarent. Ty-
 riorum ciuitas cum coronam auream magni
 ponderis per legatos in titulum gratulationis
 Alexandrom misisset, grata munere accepto, Ty-
 rum se

Erat hæc ex-rum se ire velle, ad vota Herculi reddenda, di-
tra urbem in-sedо, quam xit. Cum legati rectius id cum in Tyro vetere, &
Patetyron vo- antiquiore templo facturum dicerent, inde depre-
cantur. Cur. cantes eius introitum, ita exarxit, ut urbi exci-
lib. 4 dium minaretur: confessimque exercitu insulae ap-
plicato, non minus animosis Tyriis fiducia Car-
thaginensium belli excipitur. Augebat enim Ty-
riis animos Didonis exemplum, quæ Carthagine
condita, tertiam partem orbis quasisset, turpe du-
centes, se fæminus suis plus animi fuisset in impe-
rio querendo, quam sibi in tuenda libertate. Amo-
ta igitur imbecilli etate Chartaginem, & accer-
sit us max auxilijs, non magno post tempore per pro-
ditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander,

Aliter Curt. Aegyptum, Ciliciamque sine certamine recepit.
Ad Iouem deinde Hammonem pergit, consulturus
& de euentu futurorum, & de origine sua. Nan-

De his Val. que mater eius Olympias confessa viro suo Phi-
lippo fuerat Alexandrum non ex eo se, sed ex ser-
pente ingentis magnitudinis concepisse. Deniq; phi-
lippus ultimo propè vitæ suæ tempore filium suum
non esse palam prædicauerat. Qua ex causa Olym-
piada velut stupri compertam repudio dimiserat.
Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis
acquirere, simul & matrem infamia liberare, per
premissos subornat Antistites, quid sibi responderi
velit. Ingredientem templum statim Antistites
ut Hammonis filium salutant. Ille latu Dei ado-
ptione, hoc se patre censert iubet. Rogat deinde, an
enones interfectores patris sui sit vultus: respon-
dent patrem eius nec posse interfici, nec mori, re-
gis Philippi peractam plenè ultionem esse. Ter-
tiam interrogationem poscunt, victoriam omnium
bellorum possessionemque terrarum dari respon-
dent. Comitibus quoque suis responsum, ut Alexan-
drum

drum pro Deo, non pro rege colerent. Hinc illi au-
cta insolentia, mirusque animo increvit tumor.
exempta comitare, quam & Græcorum literis, &
Macedonum institutis didicerat. Reuersus ab
Hammone Alexandriam condidit, & coloniam
Macedonum caput esse Aegypti iubet. Darius
cum Babyloniam profigisset, per epistolas Ale-
xandrum deprecatus redimendarum sibi capti-
uarum potestatem faciat, inque eam rem ma-
gnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in
preium captiuarum regnum omne, non pecu-
niam petit. Interiēts tempore alia epistola
Darij Alexandro redduntur, quibus filia matri-
monium & regni portio offertur. Sed Alexan-
der sua sibi dari rescripsit, iusque supplicem
venire, & regni arbitria victori permittere.
Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat.

CCCC. millibus peditum, & centum milli- Q. Curt. lib.
bus equitum obuiam vadit Alexandro. In itine- 4. Itineris cō-
re nunciatur uxori eius ex collisione abiecti tinui labore,
partus decepisse, eiisque mortem illacrymatum animiq; ægri-
Alexandrum, exequiasque benignè prosecutum, id- tudine fatiga-
que eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. tam diem suū
obiisse scri-
bit.

Nam semel eam tantum Alexandro visam esse,
cum matrem, paruulasque filias eius frequenter
consolaretur. Tunc Darius se ratus vere victum,
cum post tot prælia, & beneficij ab hoste superare
tur, gratiumque sibi esse, si vincere nequeat, quod
at ali potissimum vinceretur. Scribit itaque &
tertias epistolas, & gratias agit, quod nihil in suos
hostile fecerit. Offert deinde maiorem partem re- Hec eadema
gni usque ad flumen Eufratem, & alteram filiam Val. Max.
uxori pro reliquis captiuis triginta milia ta-
lentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem
ab hoste superuacuam esse respondit, nec
se quis

à se quicquam factum in hostis adulacionem, nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quereret: sed animi magnitudine, quae didicerit aduersus vires hostium, non aduersus calamitates contendere: polliceturque se præstatrum ea Dario, si secundus sibi, non par haberi velit. Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbem summa duo regna salvo statu terrarum habere: Proinde aut deditioinem eadem die, aut in posteram aciem paret, & nec pollicetur sibi aliam, quam sit expertus victoriam. Postera die aciem producunt, cum repente ante prælium confectum curis Alexandrum somnus aripuit. Cum ad pugnam solus rex deesset, à Parmenione agre excitatus, querentibus somni causas omnibus inter pericula, cum etiam in otio semper parcior fuerit, magno se metu liberatum, ait somnumque sibi à repentina securitate datum, quod liceat cum omnibus Darij copijs cōfigere, veritū se longam belli moram, si Persæ exercitum diuisissent. Ante prælium utraque acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinem, armorumque pulchritudinem mirabantur: Persæ autem à tam paucis vieti a suorum tot millia stupebant. Sed nec duces circumire suos singulos cessabant, Darius vix denis armatis singulos hostes, si diuisio fieret, euenire dicebat. Alexander Macedonas monebat, ne multitudine hostium, ne corpori magnitudine, vel coloris nouitate mouerentur: tantum meminisse iuberet, cum ipsis se tertio pugnare, nec meliores factos putarent fuga, cum in aciem secum tam tristem memoriam cædium suarum, & tantum sanguinis de duobus pralijs fusi ferrent: & quemadmodum Dario maiorem turbam hominum esse, sic viarium

rium sibi. Hortatur spernant illam aciem auro &
 argento fulgentem, in qua plus præda quam periculi sit, cum victoria non ornamentorum decore,
 sed ferri virtute queratur. Post hæc prælium com-
 mittitur, Macedones in ferrum cum contemptu
 toties à se victi hostis ruebant: contrà Persa mori
 quam vinci præoptabant, Raro etiam ullo præ-
 lio tantum sanguinis fusum est. Darius cum vin-
 ci suos videret, voluit mori & ipse: sed à proximus
 fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibus- * Lyci am-
 dam, ut pons * Cydni fluminis ad iter hostium nis ex Q.
 impediendum intercluderetur: non ita saluti sua Curiy lib. 4
 velle consultum ait, ut tot millia sociorum hosti-
 bus obijciat, debere & alijs fuga viam patere,
 quæ patuerit sibi. Alexander autem periculosissi-
 ma quæque aggrediebatur: & ubi confertissimos
 hostes acerrime pugnare conspexisset, eò se sem-
 per ingerebat, periculaque sua esse, non militum
 volebat. Hoc prælio Asia imperium rapuit, quin-
 to post acceptum regnum anno, cuius felicitas
 tanta fuit, ut post hoc nemo rebellare etiam au-
 sus sit, patienterque Persa post imperium tot an-
 norum iugum seruitutis acceperunt. Donatis re-
 fectisque militibus. X X X I I I, continuis diebus X X X I I I,
 prædam cognoscit. In urbe deinde clausa X L mil vt Orosius
 lia talentorum inuenit. Expugnat & Persepolim alii xl.
 caput Persici regni, urbem multu annis illu-
 strem, referitamque orbis terrarum spolijs, quæ
 interitu eius primum apparuerunt. Inter hac
 D C C C. admodum Graci occurrunt Alexan-
 dro, qui pœnam captiuitatis truncata parte cor-
 porum tulerant, rogantes ut sicut Graciam, se
 quoque ab hostis crudelitate vindicaret. Datapo
 testate redeundi, agros recipere maluerunt, ne non
 tam gaudium parentibus, quam detestandum sui

Abesso & Na-
barzane vt
scribit Q.
Curt.

conspectum reportarent. Interea Darius in gra-
tiam victoris à cognatis suis aureis compedibus,
catenisque in vico Parthorum Tanea vincitur.
Credo ita dijs immortalibus vindicatibus, ut in
terra eorum, qui successuri imperio erant, Persa-
rum regnum finiretur. Alexander quoque citata
cursu postera die superuenit, ubique cognovit Da-
rium clauso vehiculo per noctem exportatum. Ius-
so itaque exercitu subse qui, cum VII. millibus
equitum fugientem inseguitur. in itinere multa
& periculosa prælia fecit. Emenitus deinde mul-
ta millia passuum, cùm nullum Darij indicium
reperisset, respirandi equis data potestate, unus

Polystrato ei
no men fuit.
Plutarc.

ex militibus dum ad fortem proximum pergit,
in vehicula Darium multis quidem vulneribus
confossum, sed stirantem adhuc inuenit: qui appli-
cito captiuo cum ciuem ex voce cognovisset, id sab-
tem praesentis fortunæ solatium se habere dixit,
quod apud intellecturum locuturus esset, nec in-

Darii moritu cassum postremas voces emissurus. Perferri hac
ri ultima verba.

Alexandro iubet, se nullis in eum meritorum offi-
cijs, maximorum illi debitorum mori, quod in ma-
tre liberisque suis regium eius non hostilem ani-
num expertus, felicissime hostem, quam cognatos
fortitus sit: quippe qui matri ac liberis suis ab eo-
dem hoste vitam datam, sibi à cognatis erexitam,
quibus & vitam & regna dederit. Quamobrem
gratiam illi eam futuram, quam ipse vixor voleret,
Alexandro referre se quam solam moriens potest
gratiam, precari superum & inferum numina, &
regales deos, ut illi terrarum omnium victori con-
tingat imperium, pro se iustum magis, quam gra-
uem sepulcræ veniam orare. Quod ad ultionem
pertineat, iam non suam, sed exempli, communem
que omnium regum esse causam, quam negligere illi
& inde

& indecorum esse, & periculosum: Quippe cum
in altero iustitia eius, in altero etiam utilita-
tis causa verisetur. In, quam rem unicum pignus Ea enim si.
fidei regie dexteram se ferendam Alexandro dare. dei sacra est.
Post has porrecta manu expirauit. Que ubi Ale Plin.lib.ii.
xandro nuntiata sunt, viso corpore defuncti, tam
indignam illo fastigio mortem lacrymis prosecutus
est, corpusque regio more sepeliri, & reliquias eius
maiorum tumulis inferri iussit.

Iustini Lib. XII.

Alexander in persequendo Dario, amis-
sos milites magnis funerum impensis
extulit, reliqui expeditionis eius socijs
x v. millia talentorum diuinit. E quorum
maior pars aetate amissa, in uileisque etiam qui su-
perfuerant, facti. Pecunia omnis C L I I I. millia
talentorum ex victoria nuper congesta, eique Par-
menio praeficitur. Dum haec aguntur, epistola An-
tipatris a Macedonia redduntur, quibus bellum
Agidis regis Spartanorum in Gracia, Alexandri
regis Epiri in Italia, bellum Zopyrionis praefecti
eius in Scythia continebatur. Quibus varie affe-
ctus plus tamen letitia cognitus moribus duorum
amulorum regum, quam doloris amissi cum Zopy-
rione exercitus suscepit. Namque post profectionem
Alexandri, Gracia fermæ omnis in occasionem
recuperande libertati, ad arma concurrerat, au-
thoritatem Lacedamioniorum sequuta, qui Phi-
lli, Alexandri que pacem scilicet preuerant, & le-
ges respuerant, Dux huius belli Agis, rex Laceda-
moniorum fuerat, quem motum Antipater contra vide Curt.
etius militibus, in ipso ortu opresbit: magna ta-
men utrinque cedes fuit. Agis rex cum suos ter-
ga dantes videret, dimissi satellibus, ut Ale-
xandro

xandro si non felicitate par, virtute non inferior videretur, tantas freges hostium edidit, ut agmina interdum fugaret. Ad extremum et si à multitudine victus, gloria tamen omnes vicit. Porro Alexander rex Epiri, In Italiam à Tarrentinis, auxilia aduersus Brutios deprecantibus, solicitatus, ita cupidè profectus fuerat, ut in divisione orbis terrarum Alexandro Olympiadus sororius suæ filio Oriens, & sibi Occidens sorte contigisset: non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia, & in Persis habitus. Huc accedebat, ut sicut Alexandre magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonai Iouis urbem Pandosiam amnemque Acherusium prædixerant. Quæ utraque cum in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cum in Italiam venisset, primum illi bellum cum Appulis fuit: quorum cognito urbis facto, brevi post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat namque tunc temporis urbs Appulus Brundusium, quam Aetoli sequuti, fama rerum in Troia gestarum, clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, cōdiderant. Sed pulsi ab Appulis, consulentes oracula, responsum acceperant, locum quem reperissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos sub belli comminatione, restituisti ab Appulis urbem postulauerant. Sed ubi Appulis oraculum innotuit, interfertos legatos in urbe sepelire, perpetuo ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod cum factum cognouisset Alexander, Epiri antiquitatu fata veneratus, bello Appolorum abstinuit. Gesit & cum Brutis Lucanisque bellum,

lum, multasque urbes cepit: tum & cū Metapontinis, ac Rutulis, & Romanis fædus, amicitiamq.
 fecit. Sed Brutū, Lucanique cum auxilia à finiti-
 mis contraxissent, acrius bellum repetiuere. Ibi
 rex iuxta urbem Pandosiam & flumen* Ache * Acherōta
 russum, non prius fatalis loci cognito nomine, quam
 occideret, interficitur. Moriēnsque, non in patria
 fuisse sibi periculosa mortem, propter quam pa-
 triam fugerat, intellectus. Corpus eius Tyrī publ-
 icè redemptum, sepulture tradiderunt. Dum hac
 aguntur in Italia, Zopyrion quoque präfctus
 Ponti ab Alexandro magno relictus, * occisum se * otiosum
 ratus, si nihil ipse gesisset, adunato x x x. mil-
 lium militum exercitu, Scythis bellum intulit.
 Cæsus cum omnibus copijs, pœnas temerè illati
 belli genti innoxia luit. Hac cū nunciata in
 Parthiam Alexandro essent, simulato mœrore,
 propter Alexandri cognitionem, exercitu suo tri-
 duoluctum indixit. Omnibus deinde velut Da-
 rij morte, perpetrato bello, redditum in patriam
 expectantibus, coniuges & liberos suos animo iam
 quodammodo complectentibus, ad cōcionem exer-
 citum vocat: Ibi nihil actum tot egregijs prælijs
 ait. si incolumis Orientalis barbaries relinquatur:
 Nec se corpus, sed regnum Darij petisse, persequen-
 dōsque esse, eos qui a regno defecerint. Hac oratio-
 ne, velut ex integro incitatis militū animis, Hyrcaniam, Mardosque subegit. Ibi ei occurrit Tha-
 lestris, siue Minothæa Amazōnum regina, cum
 * C C C. millibus mulierum, x x v. dierum inter * C C C. mu-
 infestissimas gentes iuinere confecto, ex rege li-
 beros quæsitura: cuius conspectus aduentusque
 admirationi fuit: & propter insolitum fæminis
 habitum, & propter expeditius concubitum. Ob
 hoc * x x x. diebus ocio datius, à rege ut visa est * x i i i.

uterum implesse, discéssit. Post hæc Alexander habitum regum Persarum, & diadema, insolitus antea in regibus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, transfret, assumit. Quæne inuidiosius & in se uno conspicerentur, amicos quoque suos longam vestem auream purpureamque sumere iubet, ut luxum quoque, sicuti cultum imitaretur Persarum. Inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis, nobilitatisque, noctium vices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adiicit, ne ieiuna & destruet a luxuria videretur. Coniuinum quinque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat: immemor prorsus, tantas opes amitti his moribus, non quari solere. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat, illum à Philippo patre tantum degenerauisse, ut etiam parricidio euitaret, morésque Persarum assumeret, quos propter tales mores vicerat. Sed ne solus virtus eoram, quæ armis subegerat, succubuisse videretur, militibus quoque suis permisit, si quarum captiuarum consuetudine tenerentur, ducere uxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futurav. habentibus in castris imaginem quandam larium, ac domesticæ sedis, simul & laborem militie molliorem fore dulcedine uxorum. In supplementa quoque militū, minus exhaustiri posse Macedoniam, si veteranis patribus tyrones succederent, militaturi in vallo, in quo nati essent: constanterioresque futuri, si non solum tyrocinia, verum etiam incanabula in ipsis castris posuissent: quæ confuetudo in successores quog. Alexandri mansit. Igitur & alimēta pueri statuta, & instrumenta armorum, equorumque iuuenibus data, & patribus pro numero filiorū præmia statuta. Si quorum patres

Vide Curt.
lib. 6.

patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant, quorum pueritia inter varias expeditiones militia erat. Itaque à parvula etate periculis laboribusque indurati, invicti exercitus fuere: neque castra aliter, quam patriam: neque pugnā aliud unquam, quam victoriam duxere. Hac sōbōles nomen habuit Epigoni. Parthis Epigoni,

deinde donitu, praefectus his statuitur ex nobilissimis Persarum Andragorae, unde postea originem Parthorum reges habuerunt. Interea Ale-

Parthorū re-
gum origo.

xander non regio, sed hostili odio securio in suos capit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum, patri Philippi, patriaque mores subvertisse. Propter quæ crimina, Parmenion quoque senex, dignitatem regi proximus, cum Philota filio de utroque prius questionibus habitis, interficiuntur. Fremere itaque omnes vniuersis castris cœpere, innoxij senis, filijque casum miserates, interdum se quoque non debere melius sperare dicentes. Quæcum nunciata Alexandro essent, verens, ne hac opinio etiam in Macedoniam divulgaretur, & ne victoria gloria saeuitia macula offuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victiarum nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem, propter militiam remotiorem. Datus fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, in unam cohortem eos, qui de Rege durius opinati fuerant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in ultimis terris in colonias distributurus. Inde Dracæ, Euergetes, Parymas, * Parpammenos, Hydasphios, ceterosque populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit. Interea unus ex amicis Dary Bessus, vindictus perducitur, qui regem non solum pro-

* Paropatmissadas
De supplicijs
genere quo
Bessus affe-
ctus fuerit va-
ridi autores
scribunt.

diderat, verum etiam interficerat. Quem in ultionem perfidia, excrucianum fratri Darij tradidit, reputans non tam hostem suum fuisse Darium, quam amicum, a quo esset occisus. Et ut his terris nomen relinquere, urbem Alexiadiam super amnem Tanaim condidit, intra diem septimumdecimum muro v. i. milium passuum consummato, translatis eò trium ciuitatum populis, quas Cyrus condiderat. In Bactrianis quoque Sogdianisque xii. urbes condidit, distributis his, quoscumque in exercitu seditiones habebat. Huic ita gestis, solenniter die amicos in coniuicium vocat. Vbi erta inter ebrios rerum à Philippo gestarum mentione, praeferre se patri ipse, rerumque suarum magnitudinem extollere cælo tenus cœpit, assentante maiore coniuarum parte. Itaque cum unus ex senibus Clythus, ductus fiducia amicitia regia, cuius palmarum tenebat, memoriam Philippi sueretur, laudare que eius res gestas, adeò regem offendit, ut telo à satellite rapto, eundem in coniuicio trucidauerit. Qua cæde exultans, mortuo patrocinium Philippi, laudemque paternæ militiae obiectabat. Postquam satiatus cæde animus quievit, & in locum iræ successit existimatio, modo personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tam iracundè accepisset, quam nec coniuria debuisset: amicumque senem, & innoxium, à se ecclsum inter epulas & pocula, dolebat. Eodem igitur furore in pænitentiam, quo pridem in iram, versus, mori voluit. Primum in fletus progressus, amplecti mortuum, vulnera tractare, & quasi audienti confiteri dementiam, arreptum telum insevertit: peregissetque facinus, ni amici interueissent. Mansit hæc voluntas moriendi etiam sequentibus

Clythus ab
Alexandro
trucidatus.

quentibus diebus. Accesserat enim ad pœnitentiam, nutritio sua, & sororis Clythi recordatio, cuius absentis eum maximè pudebat, tam fœdam illi alimentorum suorum mercedem redditam, ut in cuius manibus pueritiam egerat, huic iuuenis, & viator, pro beneficijs funera remitteret. Reputabat deinde quantum in exercitu suo, quantum apud gentes deuictas fabularum, atque inuidia, quantum apud ceteros amicos metum, & odium sui fecerit, quam amarum & triste reddiderit conuiuum suum: non armatus in acie, quam in conuiuo sedens terribilior. Tunc Parmenion, & Philotas, tunc Amynthas consobrinus, tunc nouerca fratreque imperfecti, tunc Attalus, Eurilochus, Pausanias, alijque Macedoniae extinti principes occurrabant. Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est, donec exercitus uniuersi precibus exoratus est, precantis, ne in mortem unius doleat, ut uniuersos perdat, quos in ultimam deductos Barbariem inter infestas, & irritatas gentes, bello defituat. Multum profuere & Callisthenus philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, & tunc ab ipso rege ad prodenda memoria acta eius accitus. Revocato igitur ad bellum animo, Chorasmos & Dracas in ditionem accepit. Deinde quod primò ex Persico superbia regiae more distulerat, ut omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit. Quæ res & illi, & muliis principibus Macedonum exitio fuit: siquidem sub specie insidiarum onines imperfecti. Retentus tamen est Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione. Post hæc Indiam petit, ut Oceano, ultimoque Oriente finiret imperium, Cui gloria, ut etiā exercitus ornata

menta conuenirent, phaleras equorum, & arma militum argento inducit, exercitumque suum, ab argenteis clypeis. Argyraspidas appellauit. Cum ad Nysam urbem venisset, oppidanus non repugnabitibus, fiducia religiosis Liberi patriis, a quo condita urbs erat, parci iubet: latus non militiam tan-

Quem **Me-** **tum,** verum etiā vestigia se Dei sequutum. Tunc rū incolz ap- ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, na- pellant. **Curt.** turalibus bonis, vite, hederaque vestiti, non ali- lib. 7. ter, quam si manu cultus, colentiumque industria exornatus esset. Sed exercitus eius, ubi ad mon-

tem acceperit, repentino mentis impetu, in sacros Dei vulnus instinetus, cum stupore regis, sine noxa discurrat, ut intelligeret, non tam oppidanis parcendo, quam exercitui suo se consuluisse. Inde montes Dædalos, regnaque Cleophaidus reginae pettit. Quæ, cum se dedidisset, eius concubitu redemptum regnum ab Alexandro recipit: ille celebris consecuta, quod armis non poterat: filiumque ab eo genitum, Alexandrum nominauit, qui postea regno Indorum potitus est. Cleopha regina, propter prostrataam pudicitiam, scortum regium exinde appellata est ab Indis. Peragrata India, cum ad saxum mira magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi configuerant, peruenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terrmotu prohibitum. Captus itaque cupidine, Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxe, eius omnes loci gentes in deditio-

Statuta enim fuit quatuor nem accipit. Vnus ex regibus Indorum fuit Po- eubitorum & rius nomine, viribus corporis, & animi magnitu- plimi. autor dine pariter insignis, qui bellum iampridem, au- dita Alexandri opinione, in aduentum eius para- bat. Commisso itaque prælio, exercitum suum in- uadere Macedonai iubet, sibi regem eorum pri- matum

natum hostem depositit. Nec Alexander meram pugna fecit: sed prima cōgessione vulnerato equo, cūm praeceps in terram cecidisset, concursu satellitum seruatus est. Porus multis vulneribus obru-
tus capitur. Qui victum se adeo dsluit, ut cum veniam ab hoste inuenisset, neque cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit, agrēque sit ab eo obtentum, ut vellet vivere. Quem Ale-
xander ob honorem viriutis, in columnen in regnum remisit. Duas igitur urbes condidit: unam Ni-
caeam, alteram ex nomine equi Bucephalam vo-
cauit. Inde Adrestas, *Stahenos, Pasidas, Gan-
garitas, casis eorum exercitibus expugnat. Cūm ^{*Bucepha-} team Stra-
ad Eufites venisset, ubi eum cum CC. milibus ^{thenos,}
hostium equitum operiebantur, omnis exercitus
non minus victoriarum numero, quam laboribus
fessus, lacrymis eum deprecauit, ut finem tandem
belli faceret, aliquād opatria redditusque memi-
nisset: respiceret militum annos, quibus vix etas
ad rediū sufficeret: ostendere alius canicem,
alius vulgara, alius atate cōsumpta corpora, alius
cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorum re-
gum Philippi Alexandrique cōtinuam militiam
pertulerint. Tandem orare, ut reliquias saltē suās
paterni sepulcris reddat, quorum non studijs desi-
citur, sed annis. Ac si non militibus vel ipse fibi
parcat, ne fortunam suam nimis onerando fatiget.
Metus his tam iustis precibus, velut in finem vi-
ctoriae, castra solito magnificentiora fieri iussit,
quorum molitionibus & hostis terroreretur: & po-
steris admiratio sui relinquetur. Nullum opus
milites latius fecere. Itaque casis hostibus, cuncta
gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Ale-
xander ad amnem Acesinem pergit: per hunc ad
Oceanum deuenit. Ibi Gessonas Asybosque,
quos

*quos Hercules condidit, in deditioñē accepit. Hinc
* Sarbacas ad Ambros & *Sycambros nauigat. Quae gentes
cūm armatis i. x x x. millibus peditum. & L X.*

*Apud Mallos millibus equitum excipiunt. Cūm prælio vittor
hanc pugnam esset, ad urbem eorū exercitum dicit. Quam de-
factā Plutar-
chus scribit, fertam à defensoribus, cūm de muro, quem pri-
qui sunt In-
mus ceperat, animaduertisset, in urbis planitiem
dorum pugna sine ullo fætigare desiliit. Itaque cum eum hostes
eissimi.*

*solum conflexissent, clamore edito, undique con-
currunt, si possint in uno capite urbis bella finire.
& ultionem tot gentibus dare. Nec minus Ale-
xander constanter restitit, & unus aduersus tot
millia præliatur. Incredibile dictu est, ut eum non
multitudo hostium, non magna telorum vis, non
tantus lacescentium clamor terruerit, solus tot
millia caderet ac fugaret. Vbi vero se obrui mul-
titudine vidit, truncu se, qui prope murum stabat,
applicuit: cuius auxilio turus, cūm diu agmen
sustinuerit, tandem cognito periculo, eius amici ad
eum desiliunt. Ex quibus multi casi præliumque
tandiu anceps fuit, quo ad omnis exercitus, muris
deiectu, in auxilium veniret. In eo prælio sagitta*

** dextra sub * mamma traiectus, cūm sanguinis fluxu des-
Sagitta fuit ceret, genu posito tandiu præliatus est, donec eum
duorum cu- à quo vulneratus fuerat, occideret. Curatio vulne-
bitorum Q. Curt.*

*ris grauior ipso vulnere fuit. Itaque ex magna
desperatione tandem salutis redditus, Polyperchon-
ta cum exercitu Babyloniam mittit, ipse cū lectissi-
ma manu naues conscedit, & Oceani littora
peragrat. Cum venisset ad urbem Ambigeri re-
gis, oppidanu in uitium ferro audiëtes, sagittas ve-
neno armant: atque ita gemino mortis vulnere
hostem à muris summoentes, plurimos interficiunt.
Cum inter multos letaliter vulneratus esset
Ptolemaeus, moriturusque iam videretur, per qui-*

etem regi monstrata in remedia veneni, herba est: Sanguine is
 qua in potu accepta, statim pericolo est liberatus, regi coniun-
 maiorque parse exercitus hoc remedio seruata. Ex-
 pugnata deinde urbe, reuersus in naues, Oceano
 libamenta dedit, prosperum in patriam redditum
 precarus, ac veluti curru circa metam acto: positis
 imperij terminis, quā sinus aut terrarum solitudi-
 nes prodire passae sunt, aut mare nauigabile fuit,
 secundo astu ostio fluminis Indi inuehitur. Ibi in Meminit Ci-
 monumenta rerum à se gestarū, urbem Barcēm cero. li. de Di-
 cōdidebat, arāsque statuit, reliquo ex numero amico-
 rum, littoralibus Indis praefecto. Inde iter terrestre
 facturus, cum arida loca medij itineris diceretur,
 puteos opportunitatis locis fieri præcipit. Quibus in-
 genti dulci aqua inuenta, Babyloniam redit. Ibi
 multæ deuictæ gentes, praefectos suos accusauerunt:
 quos sine respectu amicitiae Alexander in conspe- Susis nuptiæ
 ctu legatarum necari iusset. Post hac Darij regis celebrantur.
 filiam, Statyram in matrimonium recepit: sed opti- Plutar.
 matibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus
 nobilissimas virgines tradidit, ut communi facto
 crimen regis leuaretur. Tunc ad concionem exer-
 citum vocat, & promittit se as alienum omnium
 propria impensa soluturum, ut prædā præmiaque
 integrè dūmum ferant. Insignis hæc munificentia
 non summa tantum, verum etiam titulo muneric
 fuit, nec à debitoribus magis, quam à creditoribus
 gratius accepta quoniam virisque exactio pari- Vide Plut.
 ter ac solutio difficulter erat. X X I I I . millia ta-
 lentorum in hos sumptus expensa. Dimissis veter-
 anis, exercitum ex iunioribus supplet. Sed reten-
 ti veteranorum discessum agrè ferentes, missio-
 nem & ipsi flagitabant, nec annos, sed stipendia
 sua numerari iubebant: pariter in militia lectos,
 pariter sacramento solui aquum censentes: nec iam
 precibus,

precibus sed conuitio agebant, iubentes eum solum
 cum patre suo Hammone finire bella, ut milites
 suos fastidiat. Contrà illo nunc castigare milites,
 nunc lenibus verbis monere, ne gloriosam militiam
 seditionibus infuscarent. Ad postremum: cùm ni-
 hil proficeret verbis, ad corripiendos seditionis au-
 tores, è tribunali in concionem armatam incrimis
 ipse defligit, & nemine prohibente. X 111. correptos
 manu sua ipse ad supplicia duxit. tantam vel il-
 lu moriendi patiemiam metus regis, vel hinc exin-
 gendi supplicia constantiam, disciplina militaris
 dabat. Inde separatim auxilia Persarum in con-
 cionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum tum
 in se, tum in pristinis reges fidem sua in illos be-
 neficia menigrat: ut nunquam quasi vittos, sed
 veluti vitoriae socios habuerit. Denique se in il-
 lorum, non illos in genio sue morem transisse, affi-
 nitatis connubiorum vittos vitoribus con-
 miscuisse. Nunc quoque ait, custodiam corporis
 sui non Macedonibus tantum se, verum etiam illis
 crediturum. Atque ita mille ex his iuuenes in
 numerum satellitum legit: auxiliorum quoque
 portionem armatam in disciplinam Macedonum
 exercitus suomiscat. Quam rem agèt Macedones
 tulerunt, iactantes hostes suos in officium suum
 à rege subactos. Tunc universi stent, regem
 adeunt, erant, ut supplicijs suis potius safaret se,
 quam contumelijs. Quia modestia obtinuerunt,
 ut XI. milia militum veteranorum exautoraret.
 Sed ex amicis dimisi senes Polyperchen, Clas-
 tus, Gorgias, Polydamas, Antigonas. Dimisi his
 Craterus præponitur, iussus præesse Macedonibus
 in Antipatrilocum. Antipatrumque cum sup-
 plemento tyronum, in locum eius vocat: stipendia
 reuertentibus, veluti militibus, data. Dum hac
 aguntur,

aguntur, unus ex amicis eius Ephæstion decedit,
 dotibus primò formæ pueritiæque, mox obsequijs Per eum re-
 regi percharus. Quem contra decus regium Ale sposta Barba
 xander diu luxit, tumulūmque ei x i l. millia
 talentū fecit, eumque post mortem coli ut deum
 iusit. Ab ultimis littoribus Oceani Babyloniam
 reuertenti nuntiantur legationes Cartaginen-
 sium, ceterarūmque Africa ciuitatū, sed & Hi-
 spaniarū, Sicilie, Gallie, Sardinie, nonnullas quo-
 que ex Italia eius aduentum Babylonie opperi-
 ri. Adeò uniuersum terrarum orbem nominis eius
 terror inuaserat, ut cunctæ gentes, veluti desti-
 nato sibi regi adularentur. Hac igitur ex causa
 Babyloniam fessanti, velut conuentum terra-
 rum sibi acturo, quidam ex Magis predixit, ne
 urbem introiret, testatus hunc locum ei fatalem
 fore. Ob hoc omissa Babylonia in *Byrsiam urbem *Borsippam
 trans Euphratem, desertam olim, concepsit. Ibi ab
 Anaxarcho philosopho cōpulsus est, rursum Ma-
 gorum prædicta contemnere, ut falsa, ut incer-
 ta: eis fatis constent, ignota mortalibus: ac si na-
 ture debeantur, immutabilia. Reuersus igitur
 Babyloniam, multis diebus otio deditu, intermis-
 sum olim conuiuum solenniter instituit, totusque
 in læritiam fusus, cum diti noctem coniunxit: sicut
 peruigilem, iam è conuiuo medicus Thessalus in-
 staurata comessione, & ipsum & sordales eius
 inuitat. Accepto poculo, media portione repen-
 tè veluti telo Alexander confixus ingemuit: elas-
 tusque è conuiuo semianimis, tanto dolore cru-
 ciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactum-
 que hominum velut vulnera indolesceret. Ami-
 ci causam morbi, intemperiem ebrietatis dissensi-
 nauerunt. Re autem vera insidia fuerunt, qua-
 rum infamiam successorum potentia opprescit.

Ferunt hoc
 venenum, ge-
 lidissimam
 aquam fuisse
 ex Nonacria
 petra sudan-
 tem. Plutar-
 Cuius fonte
 appellat. Cur
 Stygos by-
 dor.

Autor insidiarum Antipater fuit, qui charissimos amicos eius interfertos videret. Alexandrum generum suum* Lyncestem generum suum^{*} Lincystarum occisum, se magnis rebus in Gracia gestus, non tam gratum apud regem, quam inuidiosum esse, à matre quoque eius Olympiade varijs se criminacionibus vexarunt. Huc accedebat ante paucos dies, supplicia in prefectos deuictarum nationum crudeliter habita: Ex quibus rebus se quoque à Macedonia non ad societatem militie, sed ad pænam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem, Cassandrum filium dæo veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius veneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi potuerit: præmonito filio, ne alijs quam Thessallo, & fratribus crederet. Hac igitur ex causa, apud Thessalum paratum, repetitumque conuiuum est. Philippus & Iollas pragustare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam pragustatam iam potioni supermisserunt. Quarto die Alexander indubitatum mororem sentiens, agnoscere se factum domus maiorum suorum ait: Nam plerosque Aeacidarum intra trigesimum annum defunctos. Tumultuætates dein de milites, insidijs perire regem suspicantes, ipse sedauit: eosque omnes cum prolatus in editissimum urbis locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus porrexit. Cum lacrymarent omnes, ipse non sine lacrimis tatum, verum etiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit. Quibusdam mandata ad parentes eorum dedit: adeò sicut in hostem, ita & in mortem inuictus animus fuit. Dimisis militibus,

amicos circumstantes percunctatur, videanturne
similem sibi reperturi regem? Tacentibus cun-
ctis, tunc ipse, ut hoc nesciat, ita illud scire, va-
ticipinarique se, ac penè oculis videre dixit, quan-
tum sit in hoc certamine sanguinis fusura Mace-
donia, quantisque cedibus, quo cruento, mortuo sibi
parentatura. Ad postremum, corpus suum in
Hammonis templo condidubet. Cum deficere eum
amici viderent querunt quem imperij faciat ha-
redem. Respondit, DIGNISSIMVM. Tanta
illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem fi-
lium, cum fratrem Arideum, & cum Roxanem
uxorem pregnantem relinquenter, oblitus neceſsi-
tudinem dignissimum nuncuparet heredem. Pror-
sus quasi nefas esset, viro forti alium, quam vi-
rum fortem succedere, aut tanti regni opes alijs.
quam probatio relinquendi. Ifac voce veluti bellum
inter amicos cecinisset, aut malum discordia misi-
set, ita omnes in emulationem consurgunt, & am-
bitione vulgi tacitum fauorem militum quarunt.
Sexto die præclasa voce, exemptum digito anulum
Perdicca tradidit: qua res gliscerent amicorum
dissensionem seddavit. Nam et si non voce nuncu-
parus heres, indicio tamen electus esse videbatur.
Decessit Alexander, mensem unum, annos tres
& triginta natus, vir supra humanam poten-
tiam, magnitudine animi præditus. Qua nocte
eum mater Olympias concepit, visa per quietem
est tum ingenti serpente volutare: nec Dei dece-
pta somnis est. Nam profectò maius humana mor-
talitate opus utero tulit: quam cum Acacia-
rum gens ab ultima seculorum memoria, & re-
gnum patris, fratri, mariti, ac deinceps maiorum
omnium illustrauerit: nullius tamen nomine, quam
filii, clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in-

ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die quae natus est, duæ aquile tota die præpetes supra culmen domus patris eius federunt, omen duplicitis imperij Europa, Asiaque preferentes: eadēmque die nuntium pater eius duarum victiarum accepit, alter: us belli Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum currus miserat: quod omen uniuersarum terrarum victories infanti portendebat. Tuer acerrimi literarum studijs eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele, doctore inclito omnium philosophorum, cœluit. Accepto deinde imperio, regem se terrarum omnium ac mudi appellari ius sit: tantamque fiduciā suis militibus fecit, ut illo præsente nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est, quem non vicerit: nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Victor denique est ad postremum non virute hostili, sed in fidüs suorum, & fraude ciuili.

Iustini Lib. XIII.

Grotius lib. 3.

EX TINCTO in ipso etatis, ac victoriarum flore Alexandro Magno, triste apud omnes, totamque Babyloniani silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fidem nuntio habuere, quod ut invictum regem, sic immortalem eum crediderant: recordantes, quoties præsenti morti erepius esset, quam sape ferro amissio, repente se non sospitem tantum suis, verum etiam victorem obtulisset. Ut vero mortuus eius fides adfuit, omnes barbara gentes paulò antea ab eo deuictæ, non ut hostem eum, sed ut parentem luxerint. Mater quoq; Darij regis, quam amissæ filio,

filio, à fastigio tanta maiestatis in captiuitatem
 redactam, indulgentia victoris in eam diem vite ^{vide q.} Cur
 non pœnituerat, audita morte Alexandri mortem tium.
 sibi ipsa consciuit: non quod hostem filio preferret,
 sed quod pietatem filij in eo, quem ut hostem ti-
 muerat, experta esset. Contrà Macedones versa
 vice, non ut ciuem, ac tanta maiestatis regem, ver-
 rum ut hostem amisissent, gaudebant, seueritatem
 nimiam, & aſidua belli pericula execrantes. Huc
 accedebat, quod principes regnum & imperia, vul-
 gus militum thesauros, & grande pondus auri, ve-
 lut inopinatam prædani, spectabant: illi succeſio-
 nem regni, hi opum, ac diuitiarum hereditatē co-
 gitantes. Erant enim in theſauris C. millia talen-
 tum, & in annuo vectigali tributo CCC. millia.
 Sed nec amici Alexandri fruſtra regnum expe-
 ñabant. Nam eius virtutis erant, ac venerationē,
 ut ſingulos reges putares. Quippe ea formæ pul-
 chritudo, & proceritas corporis, & virium ac fa-
 pientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos igno-
 raret, non ex una gente, ſed ex toto terrarum orbe
 electos iudicaret: neq; enim unquam antea Mace-
 donia, vel illa gens tam clarorum virorum: pro-
 uentu floruit: quos primum Philippus, mox Ale-
 xander tanta cura legerat, ut non tam ad societa-
 tem bellii, quam in ſucceſſionem regni, electi viden-
 rentur. Quis igitur miretur, talibus ministris, or-
 bem terrarum uitium, cum exercitus Macedon-
 num à tot, non ducibus, ſed regibus regeſetur? qui
 nunquam ſibi reperiffent pares, ſi non inter ſe con-
 curriffent. Multosq; Macedonia pro uno, Alexan-
 dros habuiffet, niſi fortuna eos ex emulatione vir-
 tutis in perniciem mutuam armasset. Ceterum oc-
 ciſo Alejandro, non ut lati, ita & ſecuri fuere, o-
 nibus in unum locum competentibus; nec minus

Ne mirum: ta-
 les enim ple-
 rūque ſunt ci-
 ues, quales
 principes ex-
 titent. Cic.

milites inter se timebant, quorum & libertas solutior, & fauor incertus erat. Inter ipsos vero & qualitas discordiam augebat, nemine tantum ceteros excedente, ut ei aliquis summitteretur. Armati itaque in regiam coeunt, ad formandum rerum presentium statum. Perdicca censet, Roxanes expectari partum, quæ ex alto mensē octauamatura iam ex Alexandro erat, & si puerum perisset, kunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, nec esse expelandum dum reges sibi nascerentur, cum iam genitus uti liceret: seu si puer illis placeat, esse Per-

Mercules Ale-gami filium Alexandri natum ex Arsine, nomi-nandi ex Ar-ne Herculem: seu mallent iuuenem esse, esse in cas-tris fratrem Alexandri Arideum comitem, & cunctis non sūz tantum, verū patris Philippi nomine acceptissimum. Ceterum Roxanem esse originis Persicæ, nec esse fas, ut Macedonibus ex

sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituuantur: quod nec ipsum Alexandrum voluisse dicit. Denique morientem nullam de eō mentionem fecisse. Ptolemaiu recusat regem Arideum non propter maternas modò sordes, quod ex Larisco scorto nasceretur, sed etiam propter inualetudinem maiorem, quam * patiebatur, ne ille nomen regis, aliud imperium teneret: & melius esse ex his legi, qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quibus bella mandentur, quam sub persona regis, indignorum subiçiantur imperio. Vicit Perdicce sententia ex consensu uniuersorum. Placuit itaque Roxanes expectari partum: & si puer natus fuisset, tutores Leonatum & Perdiccam, Crateron & Antipatrum constituerunt, confessimque in tutorum obsequia iurant.

Cum equites quoque idem fecissent, pedites indi-gnass

* res pat-

gnati nullas sibi consiliorum partes relictas, Ari-
deum Alexandri fratrem regem appellant satel-
litésque illi ex tribu sua legunt, & nomine Phi-
lippi patris vocari tubent. Quæ cùm nuntiata e-
quitibus essent, legatos ad mitigandum eorum ani-
mos, duos ex proceribus Attalum & Meleagrum
mittunt, qui potentiam ex vulgi adulatio[n]e qua-
rentes, omissa legatione, militibus consentiunt. Sta-
rim & seditio creuit, ubi caput & consilium habe-
re caput. Tunc ad delendum equitatum cuncti ar-
mati in regiam irrumpunt: quo cognito equites
trepidii ab urbe discedunt, castrisq[ue] positis, & ipsi
pedites terrori cuperunt. Sed nec procerum inter-
se odia cessabant. Attalus ad interficiendum Per-
diccam ducem alterius partis mittit: ad quem ar-
matum, & ultiro prouocantem, cùm accedere
percussores ausi non fuissent, tanta constantia Per-
dicca fuit, ut ultiro ad pedites veniret, & in con-
cionem euocatos edoceret, quod facinus moliren-
tur: resipicerent contra quos arma sumpsissent: non
illos Persas, sed Macedonas: non hostes, sed ciues
esse: plerosque etiam cognatos eorum, certè & com-
militones eorundem castrorum, & periculorum
socios, edituros deinde egregium hostibus suis spe-
ctaculum, ut quorum armis vultos se deleant, eo-
rum mutuis cadibus gaudeant, parentaturisque
sanguine suo manibus hostium à se interfecto-
rum. Hæc cùm pro singulari facundia sua Per-
dicca perorasset, adeò mouit pedites, ut probato
consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum
etiam equites in concordiam reuocati, in Ari-
deum regem consentiunt. Seruata est portio re-
gni Alexandri filio, si natus esset. Hoc agebant-
posito in medio corpore Alexandri, ut maiestas
eius testis decretorum esset. His itaque compositis,

Infecti hi Per-
dicce fuerat.
Curt.

Perdicce con-
stantia.

Macedonia & Gracie Antipater præponitur. Re
De his vide giæ pecunia custodia Cratero traditur. Castro
Q. Curt. rum exercitus, & rerum cura Meleagro, & Per-
dicca assignatur: iubeturq; Aridens corpus Ale-
xandri in Hammonis templum deducere. Tunc
Perdicca infensus seditionis autoribus, repente
ignaro collega, lustrationem castrorum propter
mortem regi in posterum edicit. Postquam ar-

CCC. fere suppliciosunt affecti. Curt. matum exercitum in campo constituit, consentientibus uniuersis, euocatos duntaxat de singulis ma-
nipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Re-
uersus deinde, inter principes prouincias diuidit, si-
mul ut remoueret amulos, & munus imperij be-
neficij sui faceret. Primo Ptolemaeo Aegyptus,
& Africæ, Arabiaque pars sorte venit, quem ex
gregario milite Alexander virtutis causa pro-
uexerat: cui ad tradendum prouinciam Cleome-
nes, qui Alexandriam adfiscauerat, datur. Con-
finem huic prouinciæ Syriam Laomedon Mityle-
naus, Ciliciam Philotas cum filio, & Illyrios reci-
piunt. Media maiori Acropatos, minori Alceta
frater Perdicca præponitur. Susiana gens Syno,
Phrygia maior Antigono, Philippi filio assigna-
tur. Lyciam & Pamphyliam Learchus, Ca-
riam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur.
Leonato minor Phrygia euenit. Thracia, & re-
giones Pontici maru Lysimacho. Cappadocia cum
Paphlagonia Eumeni datur. Summus castro-
rum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit. Sti-
patoribus regis, satellitibusque, Cassander filius
Antipatri præficitur. In Bactriana ulteriore, &
India regionibus, priores præfecti detenti. Sed res
inter amnes duos, Hydasphem & Indum, Taxil-
bes habebat. In colonias in Indijs conditas, Phy-
thon Agenoris filius mittitur. Parapomenos fi-

nes Caucasi montis Axiarches accepit Dracas &
 Argaos Statanor. Bactrianos Amyntas sortitur.
 Sogidianos Scythaeus, Nicaror Parthos, Philip-
 pus Hyrcanos, Phratafernes Armenios, Neo-
 ptolemus Persas, Peucestes Babylonios, Ar-
 thous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamiam
 adepti sunt. Hec diuisio, cum veluti fatale mu-
 nus singulis contigisset, ita magna incremento-
 rum materia plurimus fuit. Siquidem non magno
 post tempore quasi regna, non prefecturas, diui-
 sissent, sic reges ex prefectu facti, magnas opes
 non sibi tantum parauerunt, verum & posteris
 reliquerunt. Dum hec in Oriente aguntur, in
 Grecia Athenienses, & Aetoli bellum, quod iam
 viuo Alexandro mouerant, summis viribus in-
 struebant. Causa belli erant, quod reuersus ab
 India Alexander, epistolas in Graciam scrip-
 serat, quibus omnium ciuitatum exules, prater cæ-
 dis damnatos, restituebantur. Qua recitate pre-
 sente uniuersa Grecia, in mercatu Olympiaco,
 magnos motus fecerant, quod plurimi non legibus
 pulsi patria, sed per factionem principum fuerant,
 verentibus ipsisdem principibus, ne reuocati, poten-
 tiores in republica fierent. Palam igitur iam tunc
 multæ ciuitates, libertatem bello vindicandam
 fremebant. Principes tamen omnium Athenien-
 ses, & Aetoli fuere. Quod cum nunciatum esset * impetrari
 Alexandro, mille naues longas sociis * imperii pra-
 ceperat, quibus in occidente bellum gereret, ex-
 cursurisque cum valida manu fuerat ad Athe-
 nas delendas. Igitur Athenienses, contracto XX.
 millia militum exercitu, & CC. nauibus, bel-
 lum cum Antipatro, cui Grecia sorte euenerat
 gerunt: eumque decretantem primum, & Heraclea
 orbis mænibus tuentem se, obsidione cinxerunt.

opes parabat. Quippe & Aegyptios insigni moderatione in fauorem sui soliciterat, & reges finitos beneficijs, obsequijsq; deuinixerat: terminos quoque imperij, acquisita Cyrene urbe, ampliauerat: factusq; iam tantus erat, ut non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab Aristeo, cui nomen Battos propter lingue obligationem fuit. Huins pater Cyrenus, rex Theramenis insulae, cum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filij nondam loquentis, deum deprecaturus venisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus Africam petere, & urbem Cyrenen condere, usum lingua ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile videretur, propter similitudinem Theramenis insulae, ex qua coloni ad urbē condendam in Africam tam longinquæ regionis, proficiisci iubebantur, res omissa est. intericto deinde tempore, velut contumaces, ex pestilentia Deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix unam nauem compleherent. Cum venissent in Africam, pulsis accolū, montem Cyram, & propter amoenitatem loci, & propter mutus linguae fontis ubertatem occupauere: ibi Battus dux eodem solutis nodis, lingue nodis solutis, loqui primus cœpit: quæ res animos eorum, ex promissu dei iam parte percepta, in reliquam spem condenda urbis accedit. Positus igitur castris, opinionem veteris fabulae accipiunt, Cyrenen eximia pulchritudinis virginem, à Thessalia monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamque in eiusdem montu inga, cuius collem occupauerat, à deo repletam, quæ tuor pueros peperisse: Nomium, Aristaeum, Eutocum, Agaeum, missos à patre Hypsea rege Thessalia, qui perquirerent virginem, loci amoenitate captos

captos in ijsdem terris cum virgine resedisse. Ex his puerū tres adultos in Thessaliam reuersos, auta regna cepisse. Aristaeus in Arcadia late regnasse, cūmque primum & apum, & mellis usum, lactis coaguli & lactis, & coaguli hominibus tradidisse, solstitia li, mellisque ortus siderum primum inuenisse. Quibus auditis, Battus virginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenem condidit. Igitur Ptolemaus huius auctus viribus, bellum in aduentum Perdicce parabat. Sed Perdicce plus odium arrogante, quam vires hostium nocebant: quem exost etiam socij, ad Antipatrum gregatim confugiebant. Neoptolemus quoque in auxilium Eumeni relicte non solum transfigere, verum etiam prodere partium exercitum voluit. Quam rem cūn præsensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit: vicitque Neoptolemus, ad Antipatrum & Polyperchonta profugit: hisque *Quid si le persuadet, ut continuatus mansiōibus, late ex vi gatur tran cloria & securō, fugia sua Eumeni superueniant. sectionibus Sed res Eumenem nō latuit. Itaque insidiae in infidiatorem versae: & qui securum agressuros se putabāt, securi itinere, & peruigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polyperchon occiditur: Neoptolemus quoque cum Eumene congressus, diu mutuis vulneribus accepis, collutatus est: & in summa victus, occumbit. Victor igitur duobus prælijs continuit Eumenes, afflictas partes transactio ne sociorum paululum sustentauit. Ad postremum, tamen Perdicce occiso, ab exercitu hostis Occisus est I Ptolemaeo. Oculos.

Iustina

Iustini Lib. XIII.

EV M E N E S ut Perdiccam occisum, se
ut hostem à Macedonibus iudicatum,
bellumq; Antigono decretum cognouit,
ultra ea militibus suis induxit, ne fama
aut rem in maius extolleret, aut militum animos
rerum nouitate terroreret: simul ut, an contra se an-
imati essent, cognosceret, sumpturus consilium
ex motu uniuersorum, constanter tum præfatus
*discendendi est, si cui hæc terrori essent, habere eum dicendi po-
testatem. Qua voce adeò cunctos in studium par-
tium suarum induxit, ut ultra illum omnes hora-
rentur, resessurosq; se ferro decreta Macedonum
affirmarent. Tunc exercitu in Aetolianam promoto,
pecunias ciuitatibus imperat: recusantes dare, ho-
stiliter diripit. Inde Sardis profectus est ad Cleopa-
tram, sororem Alexandri magni, ut eius voce cen-
turiones, principalesq; confirmarentur, existimatu-
rus ibi maiestate regiam verti, unde soror Ale-
xandri staret. Tanta veneratio magnitudinis Ale-
xandri erat, ut etiam per vestigia mulierū, fa-
uor sacrati eius nominis quereretur. Cum reuer-
sus in castra esset, epistolaे totis castris abiectæ in-
ueniuntur: quibus yis, qui Eumenis caput ad Anti-
gonum detulissent, magna præmia definiebantur.

Eumenis cal- lis cognitis, Eumenes vocatus ad concionem militi-
Hdum satū. bus, primò gratias agit, q; nemo inuentus sit, qui
spem cruentī præmij fidei sacramento anteponeret
tamen deinde callidè subnecit, conficitas à se has
epistolas, ad experiendo suorum animos esse. Cate-
rūm salutem suam in omnium potestate esse, nec
Antigonum, nec quenquam ducum sic velle vin-
cere, ut ille in se exemplum pessimum statuat. Hoc
facto, & in præsenti labantium animos deter-
ruit,

ruit, & in futurum prouidet, ut si quid simile accidisset, non se ab hoste corrupti, sed a duce tentari milites arbitrarentur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis eius offerunt. Interim Antigonus cum exercitu superuenit, castrisque positis postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio fecit: qui vietus, in munitum quoddam castellum confugit: ubi cum vidcret se fortunam obsidionis subiturum, maiorem exercitus partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti tradiceretur, aut obsidio ipsa multitudine grauaretur. Legatos deinde ad An-^{* solus.} tipatrum, qui^{*} solum par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit: a quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidem solitus ad tempus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimissio exercitu magna spes erat. Omnia igitur circunsufficienti optimum vi- sum est, ad Alexandri magni Argyraspidas in uitum exercitum, & tot victoriarum præfulgentem gloria, decurrere. Sed Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant, sordidam militiam sub alijs, post tanti regis memoriam existimantes. Itaque Eumenes blandimentis agere, singulos suppliciter alloqui, nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, periculorum, & operum Orientalium socios, nunc refugia salutis sue, & unica præsidia commemorans, solos esse quorum virtute Oriens sit dominus, solos qui militiam Liberi patris, qui Herculus monumeta superauerint, per hos Alexandrum magnum factum, per hos diutinos honores, & immortalem gloriam consecutum: orat ut non tam ducem se, quam commilitonem recipiant, unumque ex corpore suo esse velint. Receptus hac lege, paulatim imperium

primùm monendo singulos, mox que perperam facta erant blandè corrigendo, usurpat: nihil in castis sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremum quum Antigonum venire cum exercitu esset nunciatum, compellit eos in aciem descendere. Ibidum ducis imperia contemnunt, hostium virtute superantur. In eo prælio non gloriam tantum tot bellorum, verum etiam cum coniugibus & liberis præmia longæ militiae parta, perdiderunt. Sed & Eumenes, qui autor clavis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, viatos hortabatur: nam & virtute eos superiores fuisse affirmabat. Quippe ab hi quinque millia hostium cœsa, & si in bello persistent, ultro hostes pacem petituros. Damna, quibus se putent viatos, duo millia mulierum & paucos infantes, & seruitia esse, quem melius vincendo possint reparare, quam deserendo victoriam. Porro Argyraspides neque fugam, se tentaturos dicunt, post damnam matrimoniorum, & post coniuges amissas, neque bellum gesturos contra liberos suos: ultróque eum conuicys agitant, quod se post tot annos emitorum stipendiiorum, redeuntes domum cum præmijs tot bellorum, ab ipsa missione rursus in nouam militiam immersaque bella reuoauerit, & à laribus quodammodo suis, & ab ipso limite patriæ abditos, inanibus promissis deceperit: nunc quoque amissis omnibus felicis militiae quaestibus ne viatos quidem in misera & inopí senecta quiescere sinat. Ignarus deinde ducibus, confessim ad Antigonum legatos mittunt, petentes ut sua redditu iubeat. Is redditurum se pollicetur, si Eumenem sibi tradant. Quibus cognitus, Eumenes cum paucis fugere tentauit: sed retractus, desperatis rebus, cum concursus multitudinis fructus esset, pe-

eret, petit ut postremum sibi alloqui exercitum liceret. Iussus ab universis dicere, facto silentio, laxatisque vinculis, prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit: Cernite milites, inquit, habitum atque ornamenta ducis vestri, quae non hostium quisquam imposuit. Nam hoc etiam solatio foret, Vos me ex victore vinctum, vos me ex Imperatore captivum fecistis: quater intra hunc annum in mea verba iureiurando obstricti estis, & ista mitto.

(NEQUE ENIM MISEROS CONVITIA DECENT, unum oro: si propositorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter vos me velitis moriri: Nam neque illius interest, quemadmodum, aut ubi cadam: & ego fuero ignominia mortis liberatus. Hoc si imperto, soluo vos iureiurando, quo toties vos sacramento mihi deuouisti. Aut si ipsis pudet roganti vim adhibere, ferrum hoc date, & permitte, quod vos facturos pro Imperatore iurastis, Imperatorem pro vobis sine religione iurisjurandi facere. Cum non obtineret, preces in iram vertit. At vos, ait, deuota capita respiciant dy periuriorum vindices, talesque vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. Nempe vos igitur paulo ante & Perdicca sanguine estis affersi, & in Antipatrum eadem moliti: Ipsum denique Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere, intercepturne quod maximum erat, seditionibus agitastis. Ultima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico, ut inopes extorrēsq; omne euum in hoc castrensi exilio agatis, deuorentque vos arma vestra, quibus plures vestros, quam hostium duces, absumpstis. Plenus deinde ira, custodes suos præcedere ad Antigoni castra precepit. Sequitur exercitus prodito Imperatore suo, & ipse ea

Eumenis Ora
tio.

Vide Plutare



ipse captius, triumphumque de se ipso ad victorū sui castra ducit: omnia auspicia regis Alexandri, & tot bellorum palmas laureasque una secum victori tradentes: et ne quid deesset pompa, elephanti quoque, & auxilia Orientalia subsequuntur. Tantò pulchriora hæc Antigono, quam Alexandro tot Victoria fuerunt: ut cum ille Orientem vicerit, hic eos à quibus Oriens victus, superauerit. Igitur Antigonos domitores illos orbis, exercitui suo dividit, redditus quæ in victoria coperat, Eumenem vero verecundia prioris amicitiae, in conspectum suum venire prohibuit, assignari custodibus præcepit. Interea Eurydice uxor Aridei regis, ut Polyperchonta à Gracia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo accersitato Olympiada, muliebri emulatione perculsa, abutens valetudine viri, cuius officia sibi vendicabat, scribit regis nomine Polyperchōti, Cassandro exercitum tradat, in quem regni administracionem rex transtulerit. Eadem & in Asiam Antigono per epistolas nunciat: quo beneficio deuinatus Cæsander, nihil non ex arbitrio muliebris audacia gesit. Deinde prefectus in Graciam, multis ciuitatibus bellum infert: quarum excidio, veluti vicino incendio territi Spartani, urbe quam semper armis, non muris defenderant, tum contra responsa fatorum & veterum maiorum gloriam, armis diffisi, murorum præsidio includunt. Tantum eos degenerauisse à maioribus, ut cum multis seculis murus urbis ciuium virtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi intra muros laterent. Dum hæc aguntur, Cassandrum à Gracia turbatus Macedonia status donum reuocauit. Nanque Olympias, mater Aleandri Magni regis, cum ab Epiro in Macedoniis,

Spartani ar-
mis diffisi vr-
bem muro
eingunt.

doniam prosequente Aeacida rege Molosorum,
veniret, prohiberique finibus ab Eurydice & Ari-
deo rege cœpisset, seu memoria mariti, seu ma-
gnitudine filij, & indignitate rei moti Macedo- Aridei mors,
nes, ad Olympiada transiere, cuius iussu & Eurydi-
ce, & rex occiditur, sex annis post Alexandrum po-
titus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam
cum principum passim cades, muliebri magis
quam regio more fecisset, fauorem suum in odium
vertit. Itaque auditio Cassandri aduentu, diffusa
Macedonibus, cum nuru Roxane, & nepote Her-
cule, in * Pictuam urbem concessit. Proficiscenti
Deidamia, Aeacida regis filia, & Thessalonice
priuigna, & ipsa clara Philippi patris nomine,
multaque aliae principum matronæ, speciosus ma-
gis quam utilius greci, fuere comites. Hac cum nun-
ciata Cassandro essent, statim citato cursu Pictuā
venit, & urbem obsidione cinxit. Cum fame, fer-
rōque urgeretur, Olympias longæ obsidionis tæ-
dio, pacta salute, victori se tradidit. Sed cum Cas-
sander ad eorū nomen vocato populo, sciscitatus
quid de Olympiade fieri vellent, subornat paren-
tes interactorum, qui sumpta lugubri ueste, crude-
litatem mulieris accusarent: à quibus accensi Ma-
cedones, sine respectu pristinæ maiestatis, occidenda
decernunt: immemores prorsus, quod per filium
eius virūmque, non solum vitam ipsi inter finiti-
mos tutam habuissent, verum etiam rātas opes im-
periūmque orbis quasissent. Sed Olympias ubi ob-
stinatos venire ad se armatos vidit, ueste regali,
duabus ancillis innixa, ultrō obviam procedit. Qua
ut sa, percussores attoniti fortuna maiestatis priori-
us, & tot in eam memoria occurribus regum
suorum nominibus, substiterunt, donec à Cassan-
dro missi sunt, qui eam confoderent, non refugien-
tia. ALEXANDRUS FREDERICUS

Mors Olym- tem gladium, nec vulnera, aut muliebriter voci-
piadis. ferantem: sed virorum more fortium, pro gloria
veteris profapia, morti succumbentem, ut Alexan-
drum possset etiam moriente matre conspicere. In-
super expirans, capillus & ueste crura contexisse
fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum vi-

Quos paulo deri. Post huc Cassander Theffalonicem, regis
pōit interse- Aridei siliam, uxorem dicit: filium Alexandri
cit agēte Her cum matre, in arcem Amphipolitanam cūste-
cule an. 24. diendos mittit.

Iustini Lib. XV,

PE R D I C C A, & fratre eius Alceta,
Eumene ac Polyperchonte, ceterisque
ducibus diversæ partis occisis, finitum
certamen inter successores Alexandri
Magni videbatur, cum repente inter ipsos victo-
res nata discordia. Quis p̄ postulatib⁹ Ptolemaeo,
& Cassandro, & Lysimacho, ut pecunia in præda
capta, prouinciaque diuiderentur, Antigonus ne-
gavit se in eius belli prædam socios admissurum,
in cuius periculum solus descenderat. Et ut ho-
nestum aduersus socios bellum suscipere videre-
tur, diulgat se Olympiadis mortem, à Cassandro
interfecte, uelisci velle, & Alexandri regis sui
filium cum matre, obſidione Amphipolitana libe-
rare. His cognitus, Ptolemaeus & Cassander, inita
cum Lysimacho & Seleno sociitate, bellum terra-
marique enixe instruebant. Tenebat Ptolemaeus
Aegyptum cum Africæ parte maiore, & Cypro,
& Phœnicio. Cassandro parebat Macedonia cum
Gracia. Asiam & partem Orientis occupaueras
Antigonus, cuius filius Demetrius, prima bellis
congregatione, à Ptolemaeo, apud Calamam vinci-
tur. In quo prælio maior Ptolemaij moderatio-

Ptolemaei vi-
&oris mode-
ratto.

nis gloria, quam ipsius victoria fuit. Siquidem & amicos Demetrij non solum cum suis rebus dimisit, verum etiam addicū insuper muneribus, honorauit, & ipsius Demetrij priuatum omne instrumentum, ac familiam reddidit, adiecto honore virorum: non se propter prādam, sed propter dignitatem iniisse bellum: indignatum quod Antigonus deuicit diuersa factio[n]is ducibus, solum victorie communis præmia corripuisse: Dum haec aguntur, Cassander ab Apollonia rediens, incidit in Abderitas, qui propter ranarum mariūmque multitudinem, relicto patria solo, se lesquarebant: veritus ne Macedoniam occuparent: facta pactio[n]e, in societatem eos recepit: agrōsque īs in ultimis Macedonia finibus assignat. Deinde, ne Hercules Alexandri filius, qui ferè annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedonia vocaretur, occidi eum tacite cum matre Arsine mors, tre Arsine iubet, corporaque eorum terra cbrui, ne eades sepultura proderetur: & quasi parum facinus in ipso primū rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admisisset, alterū quoque filiū cum matre Roxane, pari fraude interficit, quasi regnum Macedonia, quod affectabat, aliter conse[ci]t, quasi scelere nō poscit. Interea Ptolemaus cum Demetrio nauali prælio iterato congrereditur, & amissa classe, hostique concessa victoria, in Aegyptum refugit. Demetrius filium Ptolemai Leuticum, & fratrem Menelaum, amicosque eius cum priuati instrumenti ministerio prouocatus, pari ante[m] munere Aegyptum remittit: & ut appareret eos non odij, sed dignitatis gloria accessos, donis, muneribusque inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius tūc bella gerebantur, quanto nunc amicitia coluntur. Hac victoria elatus,

Vide Plin.
lib. 10. cap. 65.

Roxanes
mors.

Antigenus, regem se cum Demetrio filio appellari à populo iubet. Ptolameus quoque ne minoris apud suos authoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Quibus auditis, Cassander & Lysimachus, & ipsi, regiam sibi maiestatem vendicaverunt: huius honoris ornamenti tandem omnes abstinuerunt, quandiu filij regis sui superesse potuerunt. Tanta in illius verecundia fuit, ut cum spes regias haberent: regum tamen nominibus a quo animo caruerint, quoad Alexandro iustus haeres fuit. Sed Ptolemeus & Cassander, ceterique factionis alterius duces, cum carpi se singulos ab Antigono viderent, dum priuatum singulorum, non commune uniuersorum bellū ducunt, nec auxiliū ferre alter alteri volunt, quasi victoria unius, non omnium foret, per epistolās se inuicem confirmantes, tempus, locum coēundi, bellūmque communib[us] viribus instruunt. Cui cūm Cassander intellesse propter finitimum bellum non posset, Lysimachum cum ingentibus copijs, in auxilium socijs mittit. Erat hic Lysimachus illustri quidem Macedonie loco natus, sed virtutis experimentis omnino nobilitate clarior, quaē tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philosophia ipsa virūmque gloria, omnes, per quos oriens domitus est, vicerit: Quippe cum Alexander Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicæ interpellatum murem, insidiarum, quaē sibi parata fuerant,

*iratus fin- consciūm fuisse * ratus esset, eumque truncatis xisset. crudeliter membris abscissisque auribus, ac naso. Aliter Plut. labiisque deforme ac miserabilem specaculum redidisset, insuper cum cane in cauea clausum, ad n.e rum ceterorum circumferret: tunc Lysimachus audiiri Callisthenem, & praecepta ab eo recipere virtutis solitus, miseratus tanti viri non culpæ sed libertas

**Callisthenis
mors.**

Lysimachus.

bertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium
 calamitatum dedit. Quod adeò agrè Alexander
 tulit: ut eum obijci ferociissimo leoni iuberet. Sed
 cum ad conspectum eius concitus leo impetum fe-
 cisset, manum manipulo inuolutam Lysimachus
 in os leonis immersit, arreptaque lingua ferens
 exanimauit. Quod cùm nunciatum regi esset, ad-
 miratio in satisfactionem cesit, chariorēmque cum
 propter constantiam tantæ virintis habuit. Ly-
 simachus quoque magno animo regis veluti pa-
 rentis tulit contumeliam. Denique omni ex ani-
 mo huius facti memoria exturbata, postea in In-
 dia infectanti regi quosdam palantes hostes,
 cum, à satellitum turba equi sui celeritate, deser-
 tus esset, solus ei, per immensas arenarum moles,
 cursus comes fuit. Quod idem antea P̄lippus, fra-
 ter eius, cùm facere voluisset, inter manus regis ex-
 pirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexā-
 der, hastæ cuspide ita in fronte vulnerauit, ut san-
 guis aliter claudi non posset, quam diadema sibi
 demptum rex, alligandi vulneris causa, capiti eius
 imponeret. Quod auspicium primum regalis ma-
 iestatis Lysimacho fuit. Et post mortem Alexandri,
 cùm inter successores Alexandri prouinciae diuide-
 rentur, ferociissimæ gentes, quasi omnium fortissimo Thraces & Pa-
 assignatae sunt: adeò etiam, consensu uniuersorum, ticos intelli-
 git. palmam virtutis inter ceteros tulit. Priusquam
 bellum inter Ptolemaum, sociosque eius, aduersus
 Antigonum committeretur, repente ex Asia ma-
 iore digressus Seleucus, nouus Antigono hostis ac-
 cesserat. Huius quoque & virtus clara, & ori-
 go admirabilis fuit. Siquidem mater eius Lao-
 dice, cùm nupia esset Anthiocho, clara inter
 Philippi duces viro, visa est sibi per quietem, ex
 concubitu Apollinis concepisse, grauidamque

factam, munus concubitus, annulum à Deo accipisse, in cuius gemma, anchora sculpta esset. Insāque id donum filio, quē peperisset, dare. Admirabile fecit hunc visum & anulus, qui postera die

* *sculptura eiusdem scriptura in lecto inuentus est, & figura anchorae, quæ in femore Seleuci nata, cum ipso parvulo fuit. Quamobrē Laodice anulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edicto de origine sua, dedit. Vbi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique gemina originis memoriam consecravit. Nam & urbem ex Antiochi patris non sine, Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi, Apollini dicauit. Originis eius argumentū etiam posteris mansit. Siquidem filij, nepotesque eius anchoram in femore, veluti notam generis naturalē habuere. Multa in Oriente post diuisionem inter socios regni Macedoniaci bella gesit, Principio Babyloniam cepit: inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnat. Transitum deinde in Indiam fecit, qua post mortem Alexandri, veluti à ceruicibus iugo seruitutis excusso, praefectos eius*

Sandrocottus occiderat. Autor libertatis Sandrocottus fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in seruitutem verterat. Siquidem occupato regno, populum quem ab externa dominatione vendicauerat, ipse seruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impulsus: quippe cùm procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici à rege iussus, salutem pedum celeritate quasierat. Ex qua fatigatione, cùm somno captus iaceret, leo ingentis forma ad dormientem accessit, sudorēisque profusentem lingua ei tergit, expergefactumque blandè reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsum,

pulsus, contractis latronibus, Indos ad nouitatem regni solicitauit. Molienti deinde bellum aduersus prafatos Alexandri, elephantes *ferus infinita magnitudinis ultro se obtulit, & veluti dominata mansuetudine, eum tergo excepit, duxque belli, & prælator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus ea tempestate, qua Seleucus future magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiam possebat: cum quo facta pactione Seleucus, compotisque in Oriente rebus, in bellū Antigoni descendit. Adunatus igitur omnium sociorum copijs, prælium committitur: in eo Antigonus occiditur: Demetrius filius eius in fugam vertitur: sed socij profligato hostili bello, denuo in semetipso arma vertunt: & cum de preda non conueniunt, iterum in duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemaus Lysimacho iungitur: Cassandro defuncto Philippus filius succedit: sic, quasi ex integro noua Macedonia bella nascuntur.

Vide Plutar.
in vita De-
metrii.

Iustini Lib. XVI.

Post Cassandri regis, sūijque eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina, uxor Cassandri, non magno post tempore, ab Antipatro filio cum vitam etiam Antipater ma- per ubera materna deprecaretur, occiditur. Cau- trem occidit- sa parricidij fuit, quod post mortem mariti, in diuisione inter fratres regni, prop̄sior fuisse Alexan- dro videbatur. Quod facinus èo grauius omnibus visum est, quod nullum materna fraudis vetti- giū fuit, QVANQVM IN PARRICI- DIO NVLLA SATIS IVSTA CAV SA AD SCELERIS PATROCINIA PRAETEXI POTEST. Ob hæc igitur Alexáder in ultionē maternā necis, gesturus cum fratre

Pyrrhum autem fratre bellum, auxilium à Demetrio petit: nec
xilio fuisse Demetrius, sive inuidendi Macedonici regni, mon-
bit Plut.

ram fecit. Enī aduentum verens Lysimachus,
persuadet genero suo Antipatro, ut malit cū fra-
stre in gratiam ruerit, quām paternum hostem
in Macedoniam admitti. Inchoatam igitur inter
fratres reconciliationem cū præsens fisset Deme-
trius, per insidias Alexandrum interficit: occupa-
tione Macedonia regno, cædem apud exercitum

Vno quippe anteuer-
tens Alexan-
drum Plut.

* praoccu- * occupasse insidias. Regem autem sē Macedonia
passe vel aratis experimentis, vel causis iustiorem esse.

Patrem enim suum & Philippo regi, & Ale-
xandro magno socium in omni militia fuisse: Li-
berorum deinde Alexadi ministrum, & ad per-
sequendos defectores ducem extitisse. Contrà An-
tipatrum autem horum adolescentum, amariorem
semper ministrum regni, quām ipsos reges fuisse.

Cassandrum vero patrem extinctorem regia do-
minus, non faminus, non pueris pepercisse: nec cessas-
se quoad omnem stirpem regiæ sobolis deleret. Ho-
rum scelerum ultionem quia nequisset ab ipso

Cassandra exigere, ad liberos eius translatam.
Quamobrem etiam Philippum, Alexandrumque
(si quis manium sensus est) non imperfectores suos,
ac stirpis suæ, sed ultores eorum, Macedonia re-
gnum tenere malle. Per hanc mitigato populo, rex

Macedonia appellatur. Lysimachus quoque, cū

* Dromiche bello * Doricetus regis Thracum premeretur, ne eo-
tis: legit Plut dem tempore & aduersus Demetrium dimicare
tar. Ferdina

necessè haberet, tradita ei altera parte Macedo-
nia, quæ Antipatre eius genero obuenerat, pacem
cum eo fecit. Igitur Demetrius, totis Macedonia
viribus instritus, cū Asiam occupare statuis-
set,

set, iteratò Ptolemaeus, Seleucus, & Lysimachus
 experti priore certamine, quan*tæ* vires concordia
 essent, pacta societate, adiunctisque exercitibus,
 bellum aduersus Demetrium transferunt in Eu-
 ropam. Hū comitem se, & belli socium iungit Pyr-
 rhus rex Epiri, sperans non difficilis Deme-
 trium Macedoniam amittere posse, quām acqui-
 sierat. Nec spes frustra fuit: Quippe exercitu eius Fugit Cassan-
 corrupto, ipsōque in fugam acto, regnum Macedo-
 niae occupauit. Dura hēc aguntur, Lysimachus
 generum suum Antipatrum, regnum Macedoniae
 ademptum sibi, socii fraude, querentem interfici-
 cit: filiāmque suam Eurydicen, querelarum so-
 ciam, in custodiam tradit: atque ita vniuersa
 Cassandri domus Alexandro magno, seu ne*ris*
 ipsius, seu stirpu*m* extincta, pœnas partim cade, par-
 tim suppicio luit. Demetrius quoque à tot exer-
 citibus circumuentus, cum posset honestè mori,
 turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello,
 Ptolemaeus cum magna rerum gestarum gloria
 moritur. Is contra ius gentium, minimo natu ex
 filiis, ante infirmitatem, regnū tradiderat, eiūsque
 rei populo rationem reddiderat, cuius non minor
 fauor in accipiendo, quām patris in tradendo re-
 gnum fuerat. Inter cetera patris & filij mutua
 pietatis exempla etiam ea res amorem parem
 populi iuueni conciliauerat: quod pater regno ei
 publicè tradito, priuatim officium regi inter sa-
 tellites fecerat, omnique regno pulchrius regis esse
 patrem dixerat. Sed inter Lysimachum, & Pyr-
 rhum regem, socios paulò antè aduersus Deme-
 trium, ASSIDUVM INTER PARES
 DISCORDIA MALVM. bellum mouerat.
 Victor Lysimachus, pulso Pyrrho Macedoniam
 occupauerat. Inde Thracia, ac deinceps Heraclea

bellum intulerat. cuius urbis & initia & exitus
 mirabiles fuere. Quippe Baorūs pestilentia labo-
 rantibus, oraculum Delphī responderat, coloniam
 in Ponti regione sacram Herculi conderent. Cum
 propter metum longæ & periculose nauigationis,
 mortem in patriam omnibus præoptantibus, res
 emissa esset, bellum hi Phocenses intulerunt. Quo-
 rum cum aduersa prælia paterentur, iterato ad
 oraculum decurrunt. Responsum, idem belli, quod
 pestilentie, remedium fore. Igitur conscripta co-
 lonorum manu, in Metapontum delati, urbem
 Heraclēam cōsiderunt. Et quoniam fatorum au-
 spicij in eas sedes delati erant, breui post tempo-
 re magnas opes parauere. Multa deinde huius
 urbis aduersus finitimes bella, multa etiam do-
 mestica dissensionis mala fuere. Inter cetera ma-
 gnifica, vel præcipue illud memorabile fuit: Cis-
 rerum potirentur Athenienses, vietiisque Persis,
 Gracia & Asie tributum in tutelam clas̄is de-
 scripsissent, omnibus cupidè ad præsidium salutis
 suæ conferentibus, soli Heraclienses ob amicitiam
 regum Persicorum, collationem abnuerant. Mis-
 sus itaque ab Atheniēsibus Malachus cū exer-
 citu ad extorquendum, quod negabatur, dum re-
 lictis in littore nauibus, agros Heracliensium po-
 pulatur, classem cum maiore parte exercitus, nau-
 fragio repentinæ tempestatis amisit. Itaque cū
 neque mari possent, amissis nauibus, neque terra
 auderent cum parua manu, inter tot ferociissimas
 gentes reuerti, Heraclienses honestiorem beneficij,
 quam ultioris occasionem rati, instructos commea-
 tibus, auxilijsque dimittunt, bene agrorum suo-
 * populatio- rum * postulationem impensam existimantes, si-
 nem impen- quos hostes habuerant, amicos reddidissent. Passi
 sunt inter plurima mala, etiam tyrannide: siqui-
 dem

dem cum plebs etiam nouas tabulas, & diuisionem
 agrorum diuuum impotenter flagitarent, diu re
 in senatu tractata, cum exitus rei non inueniren-
 tur, ad postremum aduersus plebem nimio otio
 lascivientem, auxilia à Timotheo Atheniensium
 duce, mox ab Epaminonda Thebanorum petiue-
 re. Vtrisque negantibus, ad Clearchum quem ipsi Clearchus
 in exilium egerant, decurrunt: tanta calamita-
 tum necessitas fuit, ut cui patriam interdixerant,
 eum ad tutelam patriæ vocarent. Sed Clearchus
 exilio facinoris pro redditus, & dissensionem popu-
 li occasionem inuadenda tyrannidis existimans,
 primò tacite cum Mithridate, ciuium suorum ho-
 ste, colloquitur, & inita sociitate paciscitur, ut re-
 vocatus in patriam, prodita ei urbe, praefectus
 eius constitueretur. Postea autem infidias, quas
 ciuibus parauerat, in ipsum Mithridatem verie-
 rat. Namque cum velut arbiter ciuitis discordia,
 de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo urbem
 Mithridati tradaret, ipsum cum amicis suis ce-
 pit, capiūque accepta ingenti pecunia, dimisit.
 Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem,
 sic ex defensore senatoriae causæ repente patronus
 plebis evasit: & aduersus autores potentia sua &
 quibus revocatus in patriam, per quos in arce
 collocatus fuerat, non solum plebem accedit, ve-
 rum etiam nefandissima quaque tyrannicae crude-
 litatis exercuit. Igitur populo ad concionem vo-
 cato, neque se affuturum amplius grassanti in po-
 pulum senatu, * ait non intercessurum, contrà af- + alias : ait,
 futurum etiam, si in prælia sauitia perseueret, intercessurum
 & si pares se crudelitati senatoriū arbitrarentur. etiam si in
 abiturum cum militibus suis, neque ciuibus dis- prist.
 cordijs interfuturum. Sin vero dissident viribus
 proprijs, vindicem se ciuium nō desuturū. Proinde
 consulant

consulant sibi ipsis, iubeant abire, si malint, vel solum
cum causa popularis remanere. His verbis solita-
citate plebs summum ad eum imperium defert:

& dum senatus potentia irascitur, in seruitutem
Non ergo in se tyrannica dominationis cum coniugibus & libe-
scitatem admittit. Igitur Clearchus L X. senatores com-
petentem Comicus, Ita fugiamus prensos nam ceteri in fugam dilapsi erant) in
ne preter cauvincula compingit. Latari plebs, quod à duce *po-
sam.

* potissimum senatorum, senatus deleretur, versaque
vice, auxilium eorum in exitium conuersum esset.

Quibus dum mortem paucim omnibus minatur,
cariora eorum pretia facit: si quidem Clearchus
magna pecunia (quasi minus populi occulte eos
substractus) accepta, spoliatos foruntis, vita
que spoliauit. Cognito deinde, quod bellum sibi
ab ijs, qui profugerant, misericordia in auxilium
solicitatis ciuitatibus pararetur, seruos eoruū ma-
numittit. Et ne quid in afflictis honestissimis do-
mibus deesset, uxores eorum, filiasque nubere ser-
uis suis, proposita recusantibus morte, compellit, ut
eos sibi fidiores, & dominus infestiores redderet. Sed

* grauiores matronis tam lugubres nuptiae, *maiores repentinis
funeribus fuere. Itaque multæ se ante nuptias,
multæ in ipsis nuptijs, occisis prius nouis maritis,
intersciunt, & se tam funestis calamitatibus vir-
tute ingenui pudoris, eripiunt. Prelium deinde
committitur: quo vicit tyrannus captiuos sena-
tores in triumphi modum per ora ciuium trahit.
Reuersus in urbē, alios vincit, torquet alios, alios
occidit: nullus locus urbis à crudelitate tyranni
vacat. Accedit sauitia insolentia, crudelitati ar-
rogantia Interdum enim ex successu continua felicitatu obliuiscitur se hominem. Interdum Louis
filium se dicit. Eunti per publicum, aurea aquila
velut argumentum generis, præferebatur: veste
purpu-

purpurea, & cothurnis regum tragicorum, & lau-
rea corona utebatur: filium quoque suum Cerau-
non vocat ut Deos non mendacio tam, verum-
etiam nominibus illudat. Hac illum facere, duo
nobilissimi iuvenes Chion & Leonides indignan-
tes, patriam liberaturi, in necem tyranni conspi-
rant. Erant hi discipuli Platoni philosophi, qui
virtutem, ad quam quotidie praeceptis magistri
erudiebantur, patriæ exhibere cupientes, quinqua-
ginta cognatos, veluti clientes, in insidias locant.
Ipsi more iurgantium, ad tyrannum veluti ad re-
gem in arcem contendunt: qui iure familiaritatis
admissi, dum alterum priorem dicentem intentus
audit tyrannus, ab altero occupatur. Sed ipsi, socijs
tardius auxilium ferentibus, a satellitibus obruun-
tur. Quare factum est, ut tyrannus quidem occi-
deretur, sed patria non liberaretur. Nam frater
Clearchi Satyrus eadem via tyrannidem inua-
dit, multisque annis per gradus successionis. He-
raclienses sub regno tyrannorum fuere.

Chion.
Leonides.

Iustini Lib. XVII.

PEr idem ferme tempus in Hellestanti &
Chersonesi regionibus, terramoto fuit
maximus: tantum urbs Lysimachia, an-
tè duos & viginti annos à Lysimacho
condita, eversa est: Quod portentum dira Lysima-
cho, stirpique eius, ac ruinam regni, cum clade ve-
xatarum regionum portendebat. Nec ostentis fi-
des defuit: Nam breui post tempore, Agathocles
filium suum, quem in successionem regni ordina-
uerat, per quem multa bella prospere gesserat, non
solum patrum, verum etiam humanum ultra
morem perosus, ministra Arsyrice nouerca, vene-
zo interfecit. Hac illi prima mali labes, hoc ini-

rium impendentis ruinæ fuit. Nam parricidium principum sequitæ cades sunt, luentium supplicia, quod occisum iuuenem dolebant. Itaque & hi, qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucum desiebant, cumque prouum iam ex emulatione glorie bellum Lysimachus inferre compellunt. Ultimum hoc certamē commilitonum Alexādri fuit, & velut ad exemplum fortuna par reseruatum. Lysimachus quatuor & LXX. annos natus erat: Seleucus septem & LXX. Sed in hac astate virique animi iuueniles erant, imperijque cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cū orbem terrarum duo soli tenerent, angustijs sibimet inclusi videbantur, vitaque finem non annorum spatio, sed imperij terminis metiebantur. In eo bello

Lysimachus amissus antea varijs casibus X v. liberus, non instrenue moriens, postremus domus sua ruinæ cumulus accessit. Latus tanta victoria Seleucus, & quod maius victoria putabat, solum se de cohorte Alexandi mansisse, victorijque viatorum exitisse, non humanum opus esse, sed diuinum munus gloriatatur, ignarus prorsus, non mulero post fragilitatis humana seipsum exemplum futurum. Quippe post mensis admodum septem à Ptolemæo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias circumventus occiditur: regnumque Macedoniae, quod Lysimachus eripuerat, cum vita pariter amittit. Igitur Ptolemæus cum & in gratiam memoria magni Ptolemæi patris, & in favorem ultionis Lysimachi ambitionis apud populares esset, primò Lysimachi filios conciliare sibi statuit, nuptiisque Arsinoës sororis suæ matru eorum petie: puerorum adoptione promissa, ut cum in locum eorum successisset, nihil illi moliri, vel verecundia matris, vel appellazione

appellatione patris auderent. Fratris quoque regis
 Aegypti cōserdiam per ep̄istolā deprecatur, pro-
 fessus deponere se offensam erepti parenti regni,
 neque amplius à fratre quasitum, quod hone-
 stius à paterno hōste perceperit. Omnique arte
 adulatur Eumeni, & Antigono Demetrij filij,
 Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habi-
 turus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec
 Pyrrhus rex Epiri omisſus ingens momentum fu-
 surus, utri parti socius accessisset, qui & ipse spo-
 liare singulos cupiens, omnibus se partibus* ven-
 dicabat. Itaque Tarentinis aduersus Romanos bat-
 latus auxilium, ab Antigono naues ad exerci-
 tum deportandum mutuo petivit ab Antiocho pe-
 cuniam, qui opibus quam militibus instruclior
 erat: à Ptolemaeo Macedonum militum auxilia.
 Sed Ptolemaeus, cui nulla dilationis ex infirmi-
 tate virium venia esset, quinque millia peditum,
 equitum 1111. millia, elephantos quinquaginta,
 non amplius, quam in biennij usum dedit. Ob hac
 Pyrrhus, filia Ptolemaei in matrimonium accepta,
 vindicem eum regni reliquit. Sed quoniam ad
 Epiri mentionem ventum est, de origine regni
 eius pauca narranda sunt. Molosorum primus
 in ea regione regnum fuit: Post Pyrrhus Achillis
 filius, amissus per absentiam Troianis temporibus
 paterno regno, in his locis consedit, qui Pyrrhidae
 primò postea Epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus
 cùm in templum Dodonei Iouis ad consulendum
 venisset, ibi Anasam neptem Herculis rapuit, ex
 cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his non-
 nullas virgines nuptum finitimus regibus tradit,
 op̄isque affinitatum auxilio magnas parauit:
 atque ita Heleno filie Priami regis, ob indu-
 striam singularē vaticinandi, regnū Chaonum, &
 Andro

Proditione
Macharei sa-
cerdotis. Eu-
feb.

Andromachen Hectoris, quām & ipse matrimo-
nio suo in diuīsione Troiana prāda acceperat,
uxorem reddidit: breuique pōst tempore, Delphis
in sidys Orestis, filiū Agamemnonis, inter altaria
Dei interiit. Successor huic Pilades filius fuit. Per

ordinem deinde regnum ad Arymbam dīscen-
dit: cui quoniam pupillus & unicus ex gente no-
bili superesset, intentiore omnium cura seruandi
eius, educandique publicè tutores constituuntur.
Athenas quoque erudiendi gratia missus, quanto
doctior maioribus suis, tanto & gravior populo
fuit. Primus itaque & leges, & senatum, ana-
nuōsque magistratus, & Reip. formam compo-
suit: & ut à Pyrrho sedes, sic vita cultior populo
ab Arymba statuta. Huius filius Neoptolemus
fuit: ex quo nata est Olympias, mater Alexandri
magni, & Alexander, qui post eum regnum Epi-
ri tenuit, & in Italia bello gesto, in Brutis in-
teriit. Post eius mortem, frater Aeacides regno
succēsbit, qui assiduis aduersus Macedonas bello-
rum certaminibus populum fatigando, offendam
ciuum contraxit, ac propterea in exilium actus.
Pyrrhum filium bimū, admodum parvulum in

Glauciam re-
gem Illyrio-
rum Plut.ap-
pellat.

regno reliquit: qui & ipse cūm à populo propter
odium patris ad necem quereretur, furtim subtra-
ctus in Illyrios desertur: traditusque est Beroe.
Glauci regis uxori, nutriendus, qua & ipsa gene-
ris Aeacidarum erat. Ibi cūm seu misericordia
fortunae eius, seu infantilibus blandimentis indu-
ctus rex, aduersum Cassandrum Macedonia re-

gnim deuolu-
gem, qui eum bellī comminatione deposcebat, diu-
tum puerum protexit, addito in auxilium etiam adoptionis of-
mox vētem
regis appre-
hendisse, scri-
bit Plutare. uocauerunt, datis tutoribus, qui regnum usque ad
adultant

adultam eius. atatem tuerentur. Adolescens dein de multa bella gesit: tantusq; rerum successu haberi cœptus est, ut Tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse videretur.

Iustini Lib. XVIII.

IGTVR Pyrrhus rex Epiri, cum iterata Tarentinorum legatione, additis Samnitum & Lucanorum precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigētibus, fatigaretur non tam supplicum precibus, quam spe inuadendi Italæ imperij inductus, venturum se cum exercitu pollicetur. In quam rem inclinatū semel animum, præcipitem agere cōperant exempla maiorum: ne aut inferior patruo suo Alexandro videretur, quo defensore idem Tarentini aduersus Brutios usi fuerant: aut minores animos magno Alexandro habuisse, qui tam longa à domo militia Orientem subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptolemeo, annos X V. nato, exercitum in portu Tarentino exponit, duobus parvulis filiis, Alexandro & Heleno, in solatia lenginquæ secum expeditionis adductis. Cuius audito aduentu, Consul Romanus Valerius Leuinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum conuenirent. Samnitum & Lucanorum exercitum in aciem deducit. Nec rex, tametsi numerus militum inferior esset, certamini moram se cit. Sed Romanos vincentes iam, inusitata anteā Nam elephantorum forma stupere primo, mox cedere Italæ prælio coēgit, victorēsque iam noua Macedonum rhi bello, plurimæ repente vicerunt. Nec hostibus incruenta victoria fuit: Nam & ipse Pyrrhus grauiter vulneratus est, & magna pars militum eius cœsa, maioremque gloriam eius victoria, quam leuissimam habuit. Huius pugnae euentum multæ ciuitatis.

tates secutæ, Pyrrho se tradūt. Inter ceteros etiam Locri, prodito præsidio Romano, ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea præda Pyrrhus C. C. capiuos milites Romanum gratis remisit, ut cognita virtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectus deinde diebus, cum sociorum exercitus superuenisset, iteratò prælum cum Romanu facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Intererat

Carthaginie-
ses aduersus
Pyrrhum Ro-
manis auxilia
mittunt.

Mago, dux Carthaginensium, in auxilium Romanorum, cum C. X. nauibus missus, senatum adiit, agrætulisse Carthaginenses affirmans, quod bellum in Italia à peregrino rege patarentur. Ob quam causam missum fè, ut quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxilijs iuarentur. Gratia à senatu Carthaginensibus acta, auxiliaque remissa. Sed Mago Tunico ingenio, post paucos dies, tacitus, quasi pacificator Carthaginensium, Pyrrhum adiit, speculatorus confilia eius de Sicilia, quò eum accerfiri fama erat. Nam Romanis eadem causa mittendi auxiliū Carthaginensibus fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliam Pyrrhus transire posset, in Italia detinetur. Dum hæc aguntur, legatus à senatu Romano Fabricius Lucinus missus, pacem cum Pyrrha composit. Ad quam confirmandam, Cyneas Romanum cum ingentibus à Pyrrho donis missus, neminem, cuius domus muneribus pateret, inuenit. Huic continentia Romanorum simile exemplum ipsisdem ferme temporibus fuit. Nam missa à senatu in Aegyptum legatione, cum ingentia sibi à

Tam virorum
quam mulie-
rū vsui apta.
Val. Max.

*Qui & se-
Ptolemao rege missa munera sprenissent, inter-
rex & cœsus &is diebus ad cœnam inuitatis, aurea corona mis-
in Senatum sè sunt, quas illi honoris causa receptas, postea
delatuserat. die status regis imposuerunt. Igitur Cyneas cum
Cic. in L. Ant. turbatam cum Romanis, pacem * ab Appio
Glandia

Claudio renunciaasset, interrogatus à Pyrrho, qualis Roma esset, respondit, R E G · M · V R B E M · S I B I V I S A M . Post hac legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulae imperium, que a fiduciis Carthaginensium bellis vexabatur. Itaque relicto Locris Alexandro filio, firmatisq; ciuitatibus valido praesidio, in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniam ad Carthaginensem metionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerant. Tyriorum gens condita à Phoenicibus fuit, qui terremotu vexati, relicto patria solo, Assyrium stagnum primo, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam à piscium libertate, Sidona appellauerunt. Nam piscem Phoenices sidon vocant. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauibus appulsi, Tyrus urbem ante annum Troiane cladis condiderunt: ibi Persarum bellis diu, varieque fatigati, victores quidem fuere: sed attritis viribus, à seruis suis multidine abundantibus, indigna supplicia perperbi sunt: qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt, atque ita potiti urbe, lares dominorum occupant, Rem publicam inuadunt, coniuges ducunt. & quod ipsi non erant, liberos procreant. Unus ex tot milibus seruorum fuit, qui miti ingenio, senis domini, parvulique filij eius fortuna moueretur: dominosque non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia, ac humanitate respexit. Itaque cum velut occisos alienasset, seruisse de statu Reip. deliberantibus placuisse regem ex suo corpore creari, eumq; potissimum quasi acceptissimum dūs, qui solem orientem primus vidisset, rera ad

Sidon quādō condita.

Tyrus quādō condita.

Seruorū apud Tyrios conspi ratio.

Stratonem (hoc enim nomen ei erat) dominum occultè latenter detulit. Ab eo informatus, cùm me dio noctis omnes in unum campum processissent, ceteris in Orientem spectantibus, solus Occidentis regionem intuebatur. Id primum alijs videri suor, in Occidente solus ortum querere. Vbi verò dies aduentare cœpit, editissimūq; culminibus urbis Oriens splendore, & spectacib; alijs, ut ipsum solem aspicerent, hic primus omnibus fulgorem solis summo fastigio ciuitatis ostendit. Non seruili ingenij ratio visa, requirentib; que autorem, de domino confitetur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus ingenia praestarent, M A L I T I A Q U E S E R V O S, N O N S A PIENTIA VINCERE. Igitur venia seni filioq; data est, & velut numine quodam reseruatos arbitrantes, regem Stratonem creauerunt. Post eius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorum facinus, metuendumque exemplum toto erbe terrarum fuit. Itaq; Alexander magnus, cùm intericto tempore in Oriente bellum gereret, velut ultor publicæ securitatis, expugnata eorum urbe, omnes qui prelio superfuerant, ob memoriam veteris cedis, crucibus affixit: genus tantum Stratonis iniulatum seruauit, regnumque stirpi eius restituit, ingenuis & innoxijis incolis insule attributis, ut extirpato seruili germine, genus urbis ex integro conderetur.

Tyriorum ori Hoc igitur modo Tyrii. Alexandri auspicioj conditi. P A R S I M O N I A E T L A B O R E

Q V A E R E N D I cito conualuere. Ante cladem dominorum, cùm & opibus, & multitudine abundantaret, missa in Aphricam iuuentute, Uticam

Elissa, quæ & condidere: cùm interim rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Elissa filia, insignis formæ virgine haredi

bæredibus institutæ. Sed populus Pygmalioni admodum puerò regnum tradidit. Elissa quoque Sychæo auunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus à rege erat, nup̄ fit. Huic magna, sed dissimulata opes erant, aurumque metu regis non testis, sed terra crediderat: quam rem et si homines ignorabant, fama tamen loquebatur. Quia incensus Pygmalion, oblitus iuris humani, auunculum suum, eundemque generum suum, sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus auersata, ad postremum dissimulato odio, mitigatione interim vultu, fugam tacite molitur: a sumptisque quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse, eandemq; fugiendo cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggreditur, singit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidæ obliuionis grauem luctus imaginem renouaret, neue ultra amarentur.

Oculi enim dolorem au-
gent.

admonitio oculis eius occurrat. Non inuitus Pygmalion verba sororis audiuit, existimans cum ea & aurum Sychæi ad se venturum. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos, nauibus cum opibus suis prima vespera imponit, proiectaque in altum, compellit eos onera arena pro pecunia inuolucribus inuoluta, in mare deycere. Tunc deflens ipsa lugubrique voce *Sicharam exorat, ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat, habeatq; inferias, quas habuerat causam mortis. Tunc ipsos ministros aggreditur: sibi quidem ait optatam olim mortem, sed illis acerbos cruciatus, & dira supplicia imminere, qui *Sicharæ opes, quarum spe parricidium rex fecerit, auaritia tyranni subtraxerint. Hoc metu omnibus iniecto, comites fugæ accepit. Iunguntur & senatorum in ea nocte preparata agmina, atque ita sacris Herculis, cu-

*Aeneas patin
ac spes dr.
Pygmalionis fidei
Zetni bello
malleonis &
Elissa.*

*Sicham

*Sicharæ

*Sicharæ

Sic haec ius sacerdos * Sicharbas fuerat, repetitis exilio sedes quarunt: Primus illa appulsus terræ, Cyprus insula fuit, ubi sacerdos Iouis, cum coniuge & liberis, dei monitu comitem se Elisse, sociumque fortuna offerebat, pactus sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omne accepta. Mos erat Cypris, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quasituras, in quaestum ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Harum igitur ex numero LXX admodum virgines, rapi, & nauibus imponi Elissa iubet, ut & iuuentus matrimonia, & urbs sobolem habere possit. Dum hæc aguntur, Pygmalion cognita sororis fuga, cum impio bello fugientem persequi pararet, agrè precibus matris & deorum minis victimæ, quieuit: cuius cum inspirati vates canerent, non impune latrurum, si incrementa urbi toto orbe auspiciatissima interpellasset, & hoc modo spatum respirandi fugientibus datum. Itaque Elissa delata in Africæ sinum, incolas loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumque rerum commercio gaudentes, in amicitiam solicitat: deinde empto loco, qui corio bouis tegi possit, in quo fessos longa navigatione socios, quoad proficeretur, resuscere posset, corium in tenuissimas partes secari iubet, atque ita maius loci spatum, quam petierat, oculum de nomi cupat: unde postea ei loco Byrsa nomen fuit.

ne By-san, & Confluentibus deinde vicini locorum, qui spe luxurianti multa hospitibus venalia inferebant: sed es-
cū possent circa ibi statuentibus, ex frequentia hominum ve-

Virg. I. Act. luti instar ciuitatis effectum est. Ut ticensium quoque legati, dona ut consanguineis attulerunt: horatique sunt, ut urbem conderent, ubi sedes sortiti essent. Sed & Afros destinendi aduenas amor cepit.

cepit. Itaque consentientibus omnibus, Carthago conditur, statuto anno vectigali pro solo urbus. In primis fundamentis caput bubulum inuentum est: quod auspicium quidem fructuosa terræ, sed laboresæ, perpetuoq; seruus urbu fuit: propter quod in alium locum urbs translata. Ibi quoque caput equi repertum, bellicosum, potentiemque populum futurum significans, urbi auspiciatam sedem reddit. Tunc ad opinionem nouæ urbis concurrentibus gentibus, breui & populus, & ciuitas magna facta est. Cum successu rerum surrentes Carthaginu opes essent, rex Mauritanorum Hiarbas decem Getuloru re-
Pænorum principibus ad se accersitus, Elissa nu- gē facit Virg.
ptias sub belli denuntiatione petit: quod legati regina referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt, nuntiantes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, vitiisque eum. Afrosque perdo-
seat: sed quenquam inueniri non posse, qui ad Bar-
baros & ferarum more viuentes, transire à con-
sanguineis velit. Tunc à regina castigari, si pro
salute patriæ asperiorum vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur. regis man-
data aperiuerere, dicentes, que præcipiat alijs, ipsi fa-
cienda esse, si velit urbi consultum esse. Hoc dolo
capta diu *Sicharbe viri nomine, cum multis la-
crymis & lamentatione flebili inuocato, ad postre-
mum ituram se quo sua & urbis fata vocarent,
respondit. In hoc trium mensium sumpto spacio,
pyra in ultima parte urbis exeruita, velut pla-
catura viri manes, inferiasq; ante nuptias missa-
ra, multas hostias cædit, & sumpto gladio pyram
conscendit. Atque ita ad populum respiciens, itu-
ram se ad virum, sicut præceperant, dixit, vitam-
que gladio finiuit. Quādiu Carthago inuita fuit, De origine cō
pro Dea culsa est. Condita est urbs hac L X X I I . ditoribus, an-

no conditio- annis antè, quam Roma, cuius virtus sicut bello
nis variat ²⁸ clara fuit, ita domi status varijs discordiarum ca-
tores. Vide A- puleiū & Eu- fibus agitatus est. Cùm inter cetera mala, etiam
feb.

peste laborarent, cruenta sacrorum religione, &
scelere, pro remedio usi sunt. Quippe homines ut
victimas immolabant, & impuberes (quæ etas
etiam hostium misericordiam preuocat) aris ad-
mouebant, pacem deorum sanguine eorum expo-
scentes, pro quorum vita dñi rogari maximè so-

* auersis lent. Itaque * aduersis tanto scelere numinibus,
cùm in Sicilia diu infeliciter dimicassent, transla-
to in Sardiniam bello, amissa maiore exercitus
parte, graui prælio victi sunt. Propter quod du-
* Mez eum cem suum * Machaum, cuius auspicijs & Siciliæ
• rof habet. partem domuerant, & aduersus Afros magnas
res gesserant cum parte exercitus, quæ superfuerat,
exulare iussérunt. Quam rem agrè ferentes
milites, legatos Carthaginem mittunt, qui redi-
tum primo, veniamque infelicis militiae petant:
denuncient, quòd si precibus nequeant, armis se
consecuturos. Cùm preces & minæ legatorum spre-
ta essent, interiectis diebus consensis nauibus, ar-
mati ad urbem veniunt: ibi deos, hominesque te-
stati, non se expugnatum, sed recuperatum pa-
triam venire, ostensurōsque ciuibus suis, non vir-
tutem sibi priore bello, sed fortunam defuisse. Pro-
hibitis commeatibus, obseßaque urbe, in summam
desperationem Carthaginenses adduxerunt. In-
tereà Cartalo Machai ducis exuli filius, cùm præ-
ter castra patris à Tyro, quòd decima Herculi
ferre, ex præda Siciliensi, quam pater eius ceperat,
à Carthaginensibus missus fuerat, reuertetur,

* patre accersitūsque à * patria esset, publicæ se prius re-
ligionis officia executurum, quam priuatæ pietat-
is, respondit. Quam rem eis agrefreret pater, non
tamē

ramen vim afferre religioni ausus est. Interiectis
deinde diebus, Cartalo petitio commeatu à populo,
cum reuersus ad patrem esset, ornatúsque purpu-
ra, & insulū sacerdotij, omnium se oculis ingereret,
tum in secretum pater abducto ait: Avsus ne es
nefandissimum caput, ista purpura & auro orna-
tus, in conspectum tot miserorum ciuium venire?
& mæsta ac lugentia castra circumfluentibus
quiete felicitatis insignibus, velut exultabundus
intrare? Nusquamne te alijs iactare potuisti? Nul-
lus locus aptior, quam fôrdes patris, & exili⁹ infelici-
tis ærumna fuerunt? Quid, quod paulò ante vo-
catus, non dico patrem, ducem certè ciuium tuo-
rum superbè spreueristi? Et quid porrò tu in pur-
pura ista coronisque aliud, quam victoriarum
victoriarum titulos geris? Quoniam igitur tu in patre
nihil nisi exulis nomen agnoscis: ego quoque Impe-
ratorem me magis, quam patrem indicabo, sta-
tuamque in te exemplum, ne quis post hac infelici-
bus miserijs patri illudat. Atque ita eum orna-
tu suo in altissimam crucem in conspectu urbis af-
figi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginem
capit, euocatoque populo ad concionem, exili⁹ in-
juriam queritur, belli necessitatē excusat, con-
temptumque victoriarum suarum. Tunitis auto-
ribus miserorum ciuium, iniuriosi exili⁹ omnibus
se veniam dare dicit. Atque ita decem senatori-
bus interfecit, urbem legibus suis reddidit. Nec
multo post tempore affectati regni accusatus, du-
plicis & in filio & in patria parricidij poenas de-
dit. Huic Mago imperator succedit, cuius indu-
stria, & opes Carthaginiensium, & imperij fines,
& bellicæ gloria laudes creuerunt.

Aea sunt hæc
ferè tempore
Cyri regis, O-
ros.

Iustini Lib. XIX.

Selpsum is
Mago interse-
cerat, ob rem
malè gestam
contra Syra-
cusanos : ob
quam rem in non minus bellandi arte, quam virtute firmasset,
crucem subla defungitur, relictis duobus filiis Hasdrubale &
tum est cor Hamilcare: qui per vestigia paternæ virtutis de-
Cartag Plut. currentes, sicuti generi, ita & magnitudini patriæ
in vita Timo successerunt. Is duabus Sardinæ bellum illatum:
eonis.

MA GO Carthaginem Impera-
tor, cùm primus omnium ordinatae
disciplina militari, imperium Pœ-
norum condidisset, virēsg ciuitatis
aduersus Afros quoque, vectigal pro solo urbis
multorum annorum reperentes, dimicatum: sed
Afrorum sicut causa iustior, ita & fortuna supe-
rior fuit, bellumq; cum his solutione pecuniae, non
armis finitum. In Sardinia quoq; Hasdrubal gra-
mētum fuit dito interq; t, cuius mortem, tum luctus eiuitatis,
Barcha.

* Cui cognō uiter vulneratus, imperio* Hamilcarī fratri tra-
tum & dictature undecim, & triumphi quatuor
insignem fecere: hastibus quoq; creuere animi, ve-
luti cum duce Pœnorum vires concidissent. Itaque
Sicilia populus propter aſiduas Carthaginensium
iniurias, ad Leonidā fratrem regis Spartanorum
concurrentibus, graue bellum natū: in quo & diu,
& varia victoria praliatum fuit. Dum hæc agun-
tur, legati à Dario Persarum rege Carthaginem
veniunt, afferentes edictū, quo Pœni humanas ho-
stias immoicare, & canina carne vesci prohibeban-
tur: mortuorum corpora cremare potius, quam ter-
ra obruere à rege iubebantur: petētes simul auxi-
lia aduersus Græcos, quibus illatus bellum Da-
rius erat. Sed Carthaginenses auxilia negantes
propter aſidua finitimorum bella, ceteris, ne per e-
minia contumaces viderentur, cupidē paruere. In-
terea Hamilcar bello Siciliensi interficitur, relictis
tribus

tribus filiis Amilcone, Hannone, Gisgone. Hasdrubal quog, par numerus filiorum fuit, Annibal, & Hasdrubal, & Sappho. Per hos res Carthaginem sum ea tempestate regebatur. Itaq; & Mauris bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, & Afri compulsi stipendum urbis condita Carthaginensibus remittere. Dein cum familia tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati esset, omniaq; agerent simul & iudicare ut ceterum ex numero senarum iudices deligitur, qui reuersis a bello ducebant, rationem rerum gestarum exigenter, ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi iustitiam legesq; respicerent. In Sicilia in locum Hamilcaru, imperator Amilco succedit, qui cum nuali terrestriq; bello secunda prælia fecerat, repente pestilenti sideris vi exercitum amisit. Quæ res cum nunciata Carthagini esset, mæsta ciuitas fuit: omnia ululatus, non secus ac si ipsa Urbs capta esset, personabant: clausæ priuata domus, clausa deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata, cuncti deinde ad portam congregantur, egredientesq; paucos è nauibus, qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Ut vero dubia antea spe, & suspenso metu, incerta orbita tis expectatione casus suorum miseris illuxit, tunc toto littore plangentium genitus, tunc infelictum matrum ulularus, & querela flebiles audiebatur. Inter hæc procedit inops è naui sua imperator Amilco, sordida, seruiliq; tunica discinctus; ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoque manus ad cælum tendens, nunc fortens suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat, qui tanta belli decora & tot ornamenta vittoriariu, que ipsi dederant, abstulerint: qui capis tot urbibus, totiesq; hostibus terrestri naua-

Miror qd ve-
nerit in men-
tem Iutino,
cur Annibale
siliū Hasdrubali
dicat:
cūm fecus ha-
beant omnes
historiæ.

* agitarent
metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi iu-
stitiam legesq; respicerent. In Sicilia in locum Ha-
milcaru, imperator Amilco succedit, qui cum na-
uali terrestriq; bello secunda prælia fecerat, repen-
te pestilenti sideris vi exercitum amisit. Quæ res
cum nunciata Carthagini esset, mæsta ciuitas
fuit: omnia ululatus, non secus ac si ipsa Urbs ca-
pta esset, personabant: clausæ priuata domus, clau-
sa deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia
priuata officia damnata, cuncti deinde ad portam
congregantur, egredientesq; paucos è nauibus, qui
cladi superfuerant, de suis percontantur. Ut vero
dubia antea spe, & suspenso metu, incerta orbita
tis expectatione casus suorum miseris illuxit, tunc
toto littore plangentium genitus, tunc infelictum
matrum ulularus, & querela flebiles audiebatur.
Inter hæc procedit inops è naui sua imperator A-
milco, sordida, seruiliq; tunica discinctus; ad cuius
conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse
quoque manus ad cælum tendens, nunc fortens
suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos
accusat, qui tanta belli decora & tot ornamenta
vittoriariu, que ipsi dederant, abstulerint: qui ca-
pis tot urbibus, totiesq; hostibus terrestri naua-

lige prælio victis, exercitum victorem non bello, sed peste deleuerint: deferre se tamen ciuibus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe neque eos qui mortui sunt, à se occisos, neque eos qui reuersi sunt, à se fatigatos possint dicere. Prædam quam relieti à se castris abstulerint, non esse talem, quam velut spolium victi hostis ostentent: sed quam possessione vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint. Quod ad hostes pertinet, victores se recessisse: quod ad pestem pertinet, viatos: nihil tamen se grauius ferre, quam quod inter fortissimos viros mori non potuerit: seruatissime fit non ad vita iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quamquam ubi miseras copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoque sequiturum commilitones suos: ostensurūmque patria, non ideo se in eam diem vixisse, quoniam venit vivere: sed ne hos quibus nefanda lues pepercerat, intra hostium exercitus relietos morte sua proderet. Tali vociferatione per urbem ingressus, ut ad limina domus sua venit, prosecutam multitudinem velut postremo alloquo dimisit, obseratisque foribus, ac nemine ad se, ne filiis quidem admisus, mortem sibi consciuit.

Iustini Lib. XX.

Dionysius, ex Sicilia pulsis Carthaginensibus, occupatoque totius insulae imperio, graue ocium regno suo periculosamque desidiam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, simul ut militum vires continuò labore acuerentur & regni fines proferrentur. Prima illi militia aduersus Gracos, qui pro

qui proxima Italici mari littora tenebant, sicut:
 quibus deuictis, finitimos quoque aggreditur, omnesque Græci nominis Italianz possidentes, hostes
 sibi destinat: quæ g̃etes non partem, sed uniuersam
 ferme Italianam ea tempestate occupauerant: Deni
 que multæ urbes adhuc post tantam vetustatem,
 vestigia Græci moris ostentant. Nanque Tusco-
 rum populi, qui oram inferi mari posident, à Ly-
 dia venerunt: & Venetos, quos incolas superi ma-
 ris videmus, capta & expugnata Troia, Ante-
 nore duce, misit: Adria quoque Illyrico mari pro-
 xima, quæ & Adriatico mari nomen dedit. Gra-
 ca urbs est & Harpos, quam Diomedes exciso
 Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit. Sed &
 Pisæ in Liguribus Gracos autores habent: & in
 Tuscis. Tarquini à Thessalz & Spinambris: Peru-
 sini quoque originem ab Achæis ducunt. Quid Ce-
 re urbem dicam? Quid Latinos populos, qui ab
 Aenea conditi videntur? Item Falisci, Iapigij, No-
 lani, Abellani, nonne Chalcidiensium coloni sunt?
 Quid tractus omnis Campania? Quid Brutij, Sæ-
 binique? Quid Samnites? Quid Tarentini? quos
 Lacedæmonie profectos, Spurijsque vocatos accepi
 Thurinorum
 mus? Thurinorum urbem condidisse Philocteten origo.
 ferunt, ibique adhuc monumentum eius visitur: &
 Herculis sagitta in Apollinis templo que fatum
 Troiae fuere. Metapontini quoque in templo Mi-
 nerua ferramēta, quibus Epeus, à quo condiri sunt,
 equum Troianum fabricauit, ostentant: proper
 quod omnis illapars Italia maior Gracia appellatur.
 Sed principio originum Metapontini cum Sy-
 baritanis & Crotoniensibus pellere ceteros Gracos
 Italia statuerunt. Cum primum urbem Syrinos
 cepissent, in expugnatione eius quinquaginta iu-
 venes amplexos Minerua simulacrum sacerdo-
 temque

Be origine
 Venetorū vi-
 de Liuium i.
 Dec lib.i. se-
 tam in initio.

tēmā deo velatum ornamentiis inter ipsa altaria trucidauerunt. Ob hoc cūm peste & seditionibus vexarentur, priores Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem mali fore, si violatum Mineruae numen, & imperfectorum manes placassent. Itaque cūm statuas iuuenib[us] iustae magitudinis, & in primis Mineruae fabricare cōpissent, Metapontini cognito oraculo deorum, occupandam, & manum pacem, & deae rati iuuenib[us] modica & lapidea simulacra ponunt, & deam panificij placant. Atque ita pestis utrobique sedata est, cūm alteri magnificentia, alteri velocitate certassent. Recuperata sanitatem, non diu Crotonienses quietuere. Itaque indignantes in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrensis latum, bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenses, ad Spartanos decurruunt, auxilium supplices deprecantur. Illi longinqua militia grauati, auxilium à Castore & Pollice petere eos iubent. Neque legati sociæ urb[is] responsū spreuerunt: profectique in proximum templum, factō sacrificio, auxilium deorum implorant, litatus hostijs, obtentoque, ut rebantur, quod petebant, haud secus lati, quam si deos ipsos securi aduecturi essent, puluinaria ijs in nau[is] componunt, faustisque profectionibus, solatia suis pro auxilijs deportant. Iis cognitus Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoria facultatem, belisque prosperos euentus deprecantes: Responsum, prius votis hostes, quam armis vincendos. Cūm voulissent Apollini decimas præda, Locrenses & voto hostium, & responso dei cognitori, nouas voverunt: tacitamque eam rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque cūm in aciem processissent, & Crotoniensium centum viginti milia armat

armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam circunsficientes (nam soia quindecim milia militum habebant) omissa spe victorie, inde destinatam mortem consipirant, tantisque ardor ex desperatione singulos cepit ut victores se putarent, si non inulti morerentur. Sed dum mori bone esse querunt, felicius vicerunt. Nec alia causa victoria fuit, quam quod desperauerunt. Pugnantibus Locris, aquila ab acie nunquam recepit, eosque tandem circumvolauit, quoad vincenter. In cornibus quoque duo iuuenes diuerso a ceteris armorum habitu eximia magnitudine, & albis equis, & coccineis paludamentis, pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt, quam pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis fame velocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Lacedemone nunciata est victoria. Post hec, Crotoneisibus nulla virtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit. Oderant enim que infeliciter sumpserant, mutassentque vitam luxurianam Pythagoras philosophus fuisset. Hic Sami Demarato locuplete negotiatore natus, magnis sapientie incrementis firmatus, Aegyptum primo, mox Baby loniam ad perdiscendos siderum motus, originem mundi spetundam prefectus, summam scientiam consecutus erat. Inde regressus, Cretam & Lace damona ad cognoscendas Minou & Lycurgi inclitas ea tenebant leges, cotenderat. Quibus omnibus instructus, Crotonam venit, populumque in luxuriam lapsum, auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quoridie virtute, & vita luxuria contemnebat, easique cuiusratum hae peste peritarum enumerabat, tantumque studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos

Desperatis
enim magnū
ad honestē
moriendum
incitamenti
et. Q. Curo

Vide Cice,
lib. 2. de Orat.

& Liuium I.
ab Urbe cōd.

Pythagoras:



Luxuriatos, aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem con-
id est, Luxu-
ria corruptos. quoque separatam à viris doctrinam, & puerorum
à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc
has pudicitiam, & obsequia in viros, nunc illos
modestiam, & literarum studium. Inter hac
velut GENITRICEM VIRTUTVM
FRVGALITATEM omnibus ingerebat,
consecutusque assiduitate disputationum erat,
ut matronæ auratas vestes, ceteraque dignita-
tis sua ornamenta, velut instrumenta luxuriae de-
ponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipsi
deæ consecrarent, præferens, VERA ORNA-
MENTA MATRONARVM PVDI-
CITIAM, NON VESTES ESSE. In
iuuentute quoque quantum profectum sit, vieti
fœminarum contumaces animi manifestabat. Sed
CCC. ex iuuenibus cum sodalitatib[us] iure sacra-
mento quodam nexi, separatam à ciuib[us] ceteris vi-
tam exercerent, quasi cœtum clandestina coniura-
tionis haberent, ciuitatem in se conuerterunt, qua
eos, cum in unam domum conuenissent, cremare vo-
luit. In quo tumultu LX ferme homines periere, ca-

Vellinedia, vel teri in exilium profecti. Pythagoras autem cum an-
interfectus à nos X X. Crotonæ egisset, Metapontum migravit,
Syracusanis, dum agrum ibique decepit: cuius tanta admiratio fuit, ut ex
fabaceum cir domo eius templum facerent, eumque pro Deo cole-
cuit. Laert. rent. Igitur Dionysius tyrannus, quem suprà à Si-
cilia exercitum in Italiam traieciisse, bellumq[ue] Gra-
cis intulisse membra uimus, expugnatis Locris, Cro-
tonienses, vix vires longo ocio ex prioris belli clade
resumētes, aggreditur. Qui fortius cum paucis tan-
to exercitui eius, quam anteā cum tot milibus Lo-
crensium paucitati restiterunt. Tantus virtus
paupertas aduersus insolentes diuinas habet,

tantēque insperata interdum sperata victoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum, legati Gallorum qui paucos ante menses Romam incenderunt, societate amicitiamque petentes, adeūt, nes intelligentemque suam inter hostes eius positam esse, ma-
gnōque usui ei futurum vel in acie bellanti, vel de tergo intentus in prālium hostibus, affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat. Iis autem Galli causa in Italiam veniendi, sedēsque nouas quærendi, intestina discordia, & asiduae domi dissensiones fuere: quarum tandem, cùm in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Vero-
nam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam, condiderunt. Tuisci quoque, duce Rheto, auitis sedibus amissis, Alpes occupauere, & nomine ducis gētem Rhetiorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginensium reuocauit: qui recuperato exercitu, bellum quod lue deseruerant, auctis viribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat, cuius inimicus Suniator potentissimus ea tempestate Pœnorum, cùm odio eius, Graecis literis Dionysio aduentum exercitus, & segnitem ducis familiariter prænuntiasset, comprehensis epistolis proditionis damnatur: factō senatus con-
sulto ne quis postea Carthaginensis aut litteris Gracis, aut Græco sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multò post Dionysius, quem paulo antea non Sicilia, non Italia capiebat, asiduis belli certaminibus vicius, fractusque, ad postremum insidijs suorum interficitur.

In Italī CC.
ante annos
nauigauerūt
Celtz quām
vrbs incēta.
Liuius lib. 5.
ab vrbe cōd.

Vixit ad mā-
gnam senectu-
tem. & filio re-
gnū per manus
tradidit. Laclan lib. 2.
excessit enim
annum L X.
Prob.

Iustini Lib. XXI.

Extingo in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis eius, nomine Dionysium, suffecerent & maturam etatem eius secuti, & quod firmius futurum esse regnum, si penes unum retransisset, quam si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrabantur. Sed Dionysius inter initia regni, auunculos fratrum suorum, velut emulos imperij sui, hortatoresque puerorū ad divisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimilatum animum prius ad fauorem popularium conciliandum intendit, excusatus facturus, quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. Igitur ne raria fecerunt, tria millia e carcere dimittit, tributa potestate detinebant pulo per triennium remittit, & quibus cuncte delinquentis potest, animos omnium solicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam ipsos fratres interficit: ut quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem censorij relinquenterit, tyrannydem in suos prius quam in externos auspiciatus. Sublati deinde emulis, insegnitier ieiunii lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem non puluerem, non denique splendorem ferre lucis radios posset. Propter quae dum conuenienti se putat, scutia grassatur, nec ut pater carcerem nexit, sed cadibus ciuitatem replet: ob quae non contemptior omnibus quam iniuisior fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperium deponeret, an bello reofferet: sed a militibus predam urbisque directionem sperantibus, descendere in prælium cogitab. Victimis, cum iterato non felicissimis fortunans

Qui in tempore xorum tria millia e carcere dimittit, tributa potestate detinebant pulo per triennium remittit, & quibus cuncte delinquentis potest, animos omnium solicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam ipsos fratres interficit: ut quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem censorij relinquenterit, tyrannydem in suos prius quam in externos auspiciatus. Sublati deinde emulis, insegnitier ieiunii lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit, adeo ut non solem non puluerem, non denique splendorem ferre lucis radios posset. Propter quae dum conuenienti se putat, scutia grassatur, nec ut pater carcerem

Dedecore si
lii mortuus
pater peccas
repedit Val
Max.

nexit, sed cadibus ciuitatem replet: ob quae non contemptior omnibus quam iniuisior fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperium deponeret, an bello reofferet: sed a militibus predam urbisque directionem sperantibus, descendere in prælium cogitab. Victimis, cum iterato non felicissimis fortunans

gentes.

tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spōndens se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum cum quibus de pace conueniret. In quam rem mis-
sos primores, in carcere retinet: atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exer-
citum ad delendam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps pralium in quo oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur, qui cum obſidionem arcu iimeret, cum omni regio ap-
paratu in Italiam profugit tacitus. Exul à Lo-
renſibus ſocis acceperat, veluti iure regnaret, ar-
cem occupat, ſolitāmque ſibi ſequitam exercet. Con-
iuges principum ad stuprum rapi iubebat, virgi-
nes ante nuptias abducebat, stupratasque procul res.

Tyranni me-
reddebat. Locupletissimos quoſque aut ciuitate pel-
lebat, aut occidi imperabat, bona que eorum tua
debat. Dein cùm rapina occasio deſſet, uniuersam ciuitatem callido commento circuuerit. Cùm Rhe-

ginorum tyranai Leophronis bello Locrēſes preme-
rentur, voverant, si victores forent, ut die festo Ve-
neris virginēs suas proſtituerent. Quo voto inter-
missō cùm aduersa bella cū Lucanu gererēt, in con-
cionem eos Dionysius vocat: hortatur, ut uxores

Vide quibus
vois demo-
nes, pro diis
culti delecta-
ti fuerint.

filiasq; suas in templum Veneris, quām poſſint or-
natiſimas mittant: ex quibus forte centura ductæ,
voto publico fungātur, religionisq; gratia, uno ſtēt
in lupinari mense, omnibus ante iuratis viris, ne
quis ullaro attaminet. Qua res ne virginib; voto
ciuitatem ſoluentibus, fraudi eſſet, decretum fa-
cerent, ne qua virgo nuberet, prius quam illa ma-
ritis traderentur. Probato conſilio, quo & ſuperſti-
tioni, & pudicitia virginū cōſulebat, certatim
omnes fœmina impensiſſe exornata, in templum Ve-
neris conueniunt: quas omnes Dionysius immis-
ſi milwibus ſpoliat, ornamenti que matronarum in

prædam suam vertit. Quarundam viros diores
 interficit, quasdam ad prodendas virorum pecu-
 nias torquet. Cūn his artibus per annos sex regna-
 set, conſpiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Sici-
 liam reddit. Ibi Syracusas securis omnibus, post lon-
 *proditionē. gam intercedinem pacis, per * conditionem re-
 cepit. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in
 Africa princeps Carthaginiersum Hanno opes
 suas, quibus Reipub. superabat vires, ad occu-
 pandam dominationem intendit, regnumque in-
 uadere, imperfecto senatu, conatus est. Cui sceleri
 solennem nuptiarum diem filia sua legit, ut reli-
 gione votorum nefanda committeret, & nefanda
 commenta facilis tegerentur. Itaque plebi epu-
 las in publicis porticibus, senatu in domo sua pa-
 rat, ut poculis veneno infecti, secretius senatum,
 & sine arbitris interficeret, orbamque Rempub.
 facilis inuaderet. Qua re magistratibus per
 ministros prodita, scelus declinatum, non vindica-
 tum est, ne in viro tam potenti plus negotij face-
 ret res cognita, quam cogitata. Contenti itaque co-
 hibusse decreto, modum nuptiarum sumptibus fa-
 riunt, idque obſeruari non ab uno, sed ab uniuersi-
 sis iubent, ne persona designata, sed vitia correpta
 esse viderentur. Hoc consilio præuentus, iterum
 feruitia concitat, statutaque rursus cædium die,
 cūm denuō ſe proditum videret, timens iudicium,
 onunitum quoddam castellum cum viginti mil-
 libus feruorum armatis occupat. Ibi dum Afros,
 regesque Mauritanorum concitat, capitur, vir-
 gisque casus, effossis oculis, & manibus crurib⁹
 fractis, velut à singulis membris penæ exigeren-
 tur, in coſpetu populi occiditur, corpus verberibus
 bacerum in cruce figitur. Filij quoque cognati que
 ersnes, etiā innoxij supplicio traduntur, ne quis

quam aut ad imitandum facinus , aut ad mortem vlciscendam, ex tam nefaria domo supereisset. Interea Dionisius Syracusis recepius , cum gravior crudeliorque in dies ciuitati esset , iterata con spiratione obsidetur. Tunc deposito imperio , arcem Syracusanis cum exercitu tradidit , recepto que priuato instrumento , Corinthum in exilium proficisciatur. Ibi humilima quaque tutissima existimans , in sordissimum vitæ genus descendit : non contentus in publico vagari , sed potare : nec conspici in popinis , lupanaribusque , sed totis diebus desidere: cum perditissimo quoque de minimis rebus discepare , pannosusque & squalidus incedere , risum libentius præbere , quam captare , in macello perficere , quæ emere non poterat .

O C V -

LIS DEVORARE: apud adiles aduersus lenones iurgari: omniaque ita facere , ut contemnendus magis , quam metuendus videretur,

Nouisimè se ludim agistrum professus , pueros in

trinco docebat. ut aut à timetibus semper in publico videretur , aut à non timentibus facilius contemneretur .

Nam licet tyrannicis vitiis semper abundaret , tamen simulatio hæc vitorura non naturæ erat : magisque hæc arte , quam

amisso regali pudore faciebat , expertus quam inuisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina .

Laborabat itaque inuidiam præteriorum contemptu præsentium demere , neque honesta , sed tuta consilia circunspiciebat . Inter has

tamen dissimulationum artes , ter insimulatus est affectata tyrannidis : nec aliter , quam dum con-

temnitur , liberatus est . Inter hæc Carthaginenses tanto successu rerum Alexandri magni exterriti , verentes ne Persico regno & Africam vellet adiungere , mittunt ad speculandos eius anti-

Ludum Co-
riathi apperu-
it Dionysius
Cic. lib. 9.
Epist.

mos Hamilcarem, cognomento Rhodanum, virum
solertia facundiaque preter ceteros insignem. Au-
gebant enim metum & Tirus urbs, autem origi-
Et eversa. nus sua, capta, ex Alexandria amula Carthagi-
Orosius. nis, in terminis Africæ & Aegypti condita, & fe-
licitas regis, apud quem nec cupiditas, nec fortuna
ullo modo terminabantur. Igitur Amilcar per
Parmenionem aditu regis obtento, prefugisse se ad
regem expulsum patria singit, militemque se expe-
ditionis offert. Atque ita consilÿs eius exploratis
in tabellis ligneis, de super cera vacua inducta, ciuitatibus
suis omnia prescribebat. Sed Carthaginenses
post mortem regis reuersum in patriam, quasi ur-
bem regi vendicasset, non ingrato tantum, verum-
etiam & crudeli animo necauerunt.

Iustini Lib. XXII.

A Gathocles Sicilia tyrannus, qui magnitudini prioris Dionysij successit, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honestiore pueritiam, quam principia originis habuit. Siquidem forma, & corporis pulchritudine egregiae, diu vitam stupri patientia exhibuit. Annos deinde pubertati egressus libidinem à viris ad foeminas transstulit. Post hæc apud utramque sexum famosus, vitam latrocinij mutauit intericto tempore, cum Syracusas concessisset, accitusque in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit: quoniā nec in fortunis quod amitteret, nec in verecūdia quod inquinaret, habere velle debatur. In summa gregaria militiam sortitus, nō minus tunc seditione, quam antea turpi vita, in omne facinus promptissimus erat. Nam & manu strenue

strenuus, & in concionibus perfacundus habebatur. Breui itaque centurio, ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus Aetneos magna experimenta sui Syracusanis dedit. Sequenti Campanorum tantam de se spem omnibus fecit, ut in locum demortui ducis Damascenis sufficeretur. Cuius uxorem adulterio cognitam, post mortem viri in matrimonium recepu. Nec contentus quod ex inope repente diues factus esset, piraticam aduersus patriam exercuit. Saluti ei fuit, quod socii capti tortique, de illo negauerunt. Bis occupare imperium Syracusarum voluit, bis in exilium actus est. A Murgantinis apud quos exulabat, odio Syracusanorum, primò prætor, mox dux creator. In eo bello & urbem Leontinorum capit, & urbem Syracusas obsidere cœpit: ad eius auxilium Amilcar dux Pœnorum impetratus, depositis hostilibus odys, præsidia militum mittit. Ita uno & eodem tempore Syracusa & ab hoste ciuali amore defense, & à ciue hostili odio impugnatae sunt. Sed Agathocles, cum videret fortius defendi urbem quam oppugnari, precibus per internuntium Amilcarem exerat, ut inter se & Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculia via in ipsum officia sua repromittens. Quaesse impletus Amilcar, societatem cum eo metu potentiae eius iungit, ut quantum virium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticae potentiae recuperaret. Igitur non pax tantum Agathocli concilitatur, verum etiam prætor Syracusis constituitur. Tunc Amilcar expositis ignibus cercis, tactisque, in obsequia Pœnorum iurat. Deinde acceptis ab eo quinque millibus Afrorum, potentissimos quosque ex principibus interficit, atque ita veluti Reipub.

statum formaturus populum in theatrum ad con-
 cionem vocari iubet, contracto in gymnasio sena-
 tu, quasi quedam prius ordinaturus: sic compo-
 sius rebus, immisis militibus populum obsidet, se-
 natum trucidat: cuius peralta cede, ex plebe lo-
 cupletissimos & promptissimos quosque interficit.
 Is ita gestis, militem legit, exercitumque conscri-
 bit: quo inserviunt, finitimas ciuitates nihil hosti-
 le metuentes, ex improviso aggreditur. Pœnorum
 quoque socios permittente Amilcare, fæde iniu-
 rijs vexat: propter quod querelas Carthaginem
 socij non tam de Agathocle, quam de Amilca-
 re detulerunt: hunc ut dominum & tyrannum,
 illum ut proditorem arguentes: à quo infestissi-
 mo hosti, fortunæ sociorum, interposita pactione,
 donatae sint: cui ab initio Syracusa in pignus so-
 cietatis sint traditæ, urbs semper Pœnis infesta,
 & de imperio Sicilia Carthaginis amula: nunc
 insuper ciuitates sociorum eidem pacis titulo tra-
 ditæ sint. Denuntiare igitur se, hæc breui ad ipsos
 redundatura, ac propediem sensuros, quantū ma-
 lum non Siciliæ magis, quam ipsi Africa attule-
 rint. His querelis senatus in Amilcarem accen-
 ditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo
 suffragia tulerunt, & sententias prius quam re-
 citarentur, in urnam coniectas obsignari iusse-
 runt, donec alter Amilcar Gisgonus filius, a Sici-
 lia reuerteretur. Sed hæc callida commenta Pœ-
 norum, & sententias inauditæ, mors Amilcaris
 * propter præuenit, liberatusque est fati munere, quem *per
 iniuriam ciues inauditam damnauerant. Quæ res
 Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi
 belli dedit. Prima igitur illi cum Amilcare Gis-
 gonis filio, prælii congressio fuit: à quo viitus, ma-
 jori mole recuperaturus bellum, Syracusas con-
 cepit.

cessit. Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ
& prioris, fuit Cum igitur victores Pæni Syra-
cusal obſidione cinxiffent, Agathoclesque ſe nec
viribus parem, neque ad obſidionem ferendam in-
ſtructum videret, ſuper hac à ſocijs crudelitate
eius offenſis, deſertus eſſet, ſtatuit bellum in Afri-
can tranſferre, mira prorsus audacia, ut quibus
in ſolo urbis ſuæ par non erat, eorum urbi bellum
inſerret, & qui ſua tueri non poterat, impugna-
ret aliena, victusque victoribus inſultaret. Hu-
ius conſilij non minus admirabile silentium, quā
commentum fuit, populo hoc ſolum profeſſus, inue-
niſſe ſe victoriae viam: Animos illi tātum in bre-
uem obſidionis patientiam firmarent, vel ſi cui
ſtatus praefentis fortunæ diſpliceret, dare ſe ei diſ-
cedendi liberam poteſtatem. Cum mille ſexcen-
ti diſceſſiffent, cæteros ad obſidionis neceſſitatem
frumento & ſtipēdio inſtruit: quinquaginta tan-
tum ſecum talenta ad praefentem uſum auferat,
catera ex hoſte melius quam ex ſocijs paratu-
rus. Omnes deinde ſeruos militaris atatis libera-
tate donatos, ſacramento adegit, eosque & maio-
rem partem ferme militum nauibus imponit, ra-
tus exaequata utriusque ordinis conditione, mu-
tuam inter eos virtutis emulationem futuram:
cateros omnes ad tutelam patriæ relinquit. Septi-
mo igitur imperij anno, comitibus duobus adulitus
filiijs, Archagato & Heraclida, nullo militum
ſciente quo uheretur, curſum in Africam diri-
git. Cum omnes aut in Italiam prædatum ſe, aut
in Sardiniam ituros crederent: tum primò expo-
ſito in Africo littore exercitu, conſilium ſuum on-
mibus aperit. Quo in loco Syracusa posita ſint,
oſtendit: quibus aliud nullum auxilium ſuper-
eſſet, quam ut hoſtibus faciant, quæ ipſi pateren-
tur.

zur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari.
 Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires sub-
 ministreni foris hostem etiam suis viribus vinci,
 deficientibus socijs. & odio diuturni imperij, ex-
 terna auxilia circumspicientibus. Huc accedere,
 quod urbes, castellaque Africæ non muris cinctæ,
 nō in montibus posita sint, sed in planis campis, sine
 ullis munitiis iaceant: quas omnes metu exci-
 dij facile ad belli societatem perduci posse. Maius
 igitur Carthaginensibus ex ipsa Africa, quam
 ex Sicilia exarsurum bellum, coiturraque auxilia
 omnium aduersus unam urbem, nomine quam op-
 bus ampliorem, & quas non attulerit vires, inde
 sumpturum. Nec in repentina Pænorum metu mo-
 dicum momëtum victoria fore, qui tanta audacia
 hostium perculsi trepidaturi sint. Accessura &
 villarum incendia, castellerum, urbiūmque cōtu-
 macium direptionē, tum ipsius Carthaginis obsi-
 dionem. Quibus omnibus non sibi tantam in alios,
 sed & alijs in se sentient patere bella. His non so-
 lum Pænos vinci, sed & Siciliam liberari posse.
 Nec enim moraturos in eius obsidione hostes, cum
 sua urgeantur. Nusquam igitur alibi facilius
 bellum, sed nec prædam ubiorem inueniri posse.
 Nam capta Carthagine, omnem Africam, Sici-
 liamque, præmium victorum fore. Gloriam certe
 tam honesta militiae, tantam in omne ævum futu-
 *fortè legen ram, *ut terminari nullo tempore obliuionis pos-
 dum erat, sit: ut dicatur eos solos mortalium esse, qui bella,
 ut determi- que domi ferre non poterant, ad hostes transtule-
 nari nullo rint, ultroque victores infœcuti sint, & obsecratores
 tempore oblii urbis sua obsederint. Omnibus igitur fortis ac lao-
 suo posit. animo bellum ineundum, quo nullum aliud posse
 aut præmium victoribus uberius, aut vicitis mo-
 numentum illustrius dari. His quidem adhorta-
 tionibus

tionibus animi militum erigebantur. Sed terrebant
 eos portenti visio, quod nauigantibus eu sol defe-
 cerat. Cuius rei rationem non minore cura rex,
 quam belli reddebat, affirmas, si prius quam pro-
 ficierentur factum esset, credi aduersum profe-
 cturos, predigium esse: nunc quia egressu accide-
 rit, illis ad quos eatur, portendere. Porro defectus
 naturalium siderum semper praesentē rerum sta-
 tum mutare, certumque esse floribus Cartha-
 ginierium opibus aduersisque rebus suis cōmuta-
 tionem significari. Sic consolatus militibus, uniuers-
 sas naues consentiente exercitu incendi iuber, ut
 omnes scirent auxilio fugae* ablato, aut vincēdum * adempes
 aut moriendū esse. Deinde cum omnia, quacunque
 ingredenterentur, prosterneret, villas castellaque in-
 cenderent, obuius his fuit cū X X X. millibus Pœ-
 norum Hanno dux: & prælio commisso, duo de Si-
 culis, tria millia de Pœnus cum ipso duce cecide-
 re. Hac victoria & Sicularū animi eriguntur, &
 Panorum frāguntur. Agathocles vīctis hostibus,
 urbes castellaque expugnat, prædas ingentes agit,
 hostium multa millia trucidat. Castra deinde
 quinto lapide à Carthaginē statuit, ut dāna* cla- * charissima
 risimarum rerū, vastitati emque agrorum, & in- rum
 cendia villarum, de muris ipsius urbis specularen-
 tur. Interē à ingens tota Africa deleti Pœnorū
 exercitus fama, occupatarūmque urbiū diuulgat-
 tur. Stupor itaque omnes & admiratio incepit.
 unde tanto imperio tam subitū bellum præsertim
 ab hoste īā vīcto. Admiratio deinde paulatim in
 contemptum Pœnorū vertitur. Nec multo pōst non
 Africa tantum, verum etiam urbes nobilissima no-
 uitatem sequitæ, ad Agathoclē defecere, frumento
 tōque & stipendio vīctorem* adiuuere. His Pœno- * extruxere
 rum malis etiam deletus in Sicilia cū Imperatore
 exercitū

Duos tantum
 è suis amicis
 Agath. Oros.

exercitus, velut quidā crumnarum cumulus ac-
cessit. Nam post profec̄tionem à Sicilia Agatho-
clis, in obsidione Syracusarum Pæni seignores red-
Andronē ap-
pellat Oro-
fius.

diti, ab Antandro fratre regis Agathoclis occisi-
ne cœsi nuntiabantur. Itaque cū domi, forisque
eadem fortuna Carthaginensium esset, iam non
tributaria tantum ab his urbes, verum etiam so-
cū reges deficiebant. A M I C I T I A R V M I V-
R A N O N F I D E, S E D S V C C E S S V
P O N D E R A N T E S. Erat inter ceteros rex
Cyrenarum Ophellas, qui sp̄o improba, regnum to-
tius Africæ amplexus, societatem cum Agatho-
cle per legatos iunxerat, pactusque cum eo fue-
rat, ut Siciliæ illi, sibi Africæ imperium vicit
Carthaginensibus, cederet. Itaque cū ad belli
societatem cum ingenti exercitu ipse venisset,
Agathocles blando alloquio, & humili adulatio-
ne, cū sapienti simul cœnassent, quia filius eius ab
Ophella adoptatus esset, incautum eum interfecit:
occupatoque exercitu eius, iteratò Carthaginien-

* cientes ses omnibus viribus bellum * struentes, magno
utriusque exercitus sanguine graui prælio su-
perat. Hoc certaminis discriminē tanta despera-
tio illata Pænis est, ut nisi in exercitu Agatho-
clis orta seditio esset, trasitus ad eum Bomilcar,
dux Pænorum, cum exercitu fuerit. Ob quam no-
xiam in medio foro à Pænis patibulo suffixus es-
set, ut idem locus monimentum suppliciorum eius es-
set, qui ornamētum antè fuerat honorum. Sed Bo-
milcar magno animo crudelitatem ciuium tulit,
adeò ut de summa cruce, veluti de tribunali, in
Pænorum scelerā cōcionaretur, obiectans illis nunc
Hannonem falsa afflictati regni inuidia circum-
uentum, nunc Gisgonis innocentis exilium, nunc in
Amilcarem patruum suū tacita suffragia, quod
Agathe

Agathoclem socium illis facere, quam hostem maluerint. Hac cum in maxima populi concione vociferatus esset, expirauit. Interea Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagato filio exercitu, in Siciliam recurrit, nihil actum in Africa existimans, si amplius Syracuse obseruentur. Nam post occisum Amilcarem, Gisgonis filium, nouus eo a Poeni missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius, omnes Siciliae urbes auditus rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt: atque ita pulsis è Sicilia Poenis, totius insulae imperium occupauit. In Africam deinde reuersus seditione militum excipitur. Nam stipendiorum solutio in aduentum patris dilata à filio fuerat. Igitur ad concessionem vocatos, blandis verbis permulxit, stipendia illis non à se flagitanda esse, sed ab hoste quaerenda, coniunem victoriam, communem prædam futurā. Paululum modo annitteretur, dum belli reliquiae peragantur, cum sciant Carthaginem capram spes omnium expleturam. Sedato militari tumultu, interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit: ibi inconsultius prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cum itaque in castra fugisset, versamque in se inuidiam temere commissi belli videret, pristinamque offensam non depensi stipendiū metueret, concubia nocte solum à castris cum Archagatho filio profugit. Quod ubi milites cognouere, haud secus quam si ab hoste capti essent, trepidauerent: Bis se à rege suo in medijs hostibus relatos esse, proclamantes, salutemque suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidem relinquenda fuerat. Cum persequi regem vellent, à Numidis excepti, in castra reuertuntur: comprehenso tamen Archagatho,

qui

qui à patre noctis errore discesserat. Agathocles autem nauibus, quibus fuerat à Sicilia regressus, cum custodibus earundem Syracusas defertur. Exemplum flagitiū singulare. Rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor. Interim in Africa post fugam regis, milites pactione cum hostibus facta, interfectus Agathoclis filius, Carthaginensibus se tradidere. Archagathus cum occideretur ab Archesilao amico. * Antipatri, rogauit eum quidnam liberū eius facturum Agathocleum putet, per quem ipse liberū careat? Tunc respondit, satis habere so, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hanc Pœni ad persequendas bellī reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem aquis conditionibus fecit.

Iustini Lib. XXIII.

Agathocles rex Siciliæ, pacificatus cum Carthaginensibus, partem ciuitatum à se fiducia virium dissidetum, armis subegit. Deinde quasi angustiis insulae terminis clauderetur, cuius imperij partem primis incrementis ne sperauerat quidem, in Italiam transcendit, exemplum Dionysij secutus, qui multas ciuitates Italia subegerat. Primi igitur hostes illi Brutij fuere, qui & fortissimi & opulentissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas ciuitates Graci nominis Italia expulerant: autores quoque suos Lucanos bello vicerrat, & pacem cum his aquis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini sue parcerent. Nāque Lucanijsdem legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erant. Quippe ab initio pubescatis, in sylvis inter pastores

paſtores habebātur, ſine ministerio ſeruili, ſine ve-
 ſte quam induerent, vel cui incubarent: ut à pri-
 miis annis duritiæ, parsimoniæque ſine ullo uſa
 urbis, affuerent. Cibus hiſ præda venatica, po-
 rūs mellus, & lacticus, & fontium liquor erat: Sic ad
 labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex
 numero quinquaginta primò ex agris finitimo-
 rum prædari ſoliti, confluente deinde multitudine,
 ſolicitati præda cum plures facti eſſent, infestas re-
 giones reddebat. Itaque fatigatus querelis ſocio-
 rum Dionyſius Sicilæ tyrranus, ſextentes Afros
 ad compescendos eos miserat, quorum caſtellū pro-
 ditum ſibi per Brutiam mulierem expugnarunt.
 ibique ciuitatem, concurrentibus ad opinionē no-
 uæ urbis paſtoribus ſtatuerunt: Brutiosque ſe ex Brutij vnde
dicti.
 nomine mulieri vocauerunt. Primum illis cū Lu-
 canis, originis ſuis autoribus, bellum fuit. Qui vi-
 ctoria erec̄ti, cū pacē aquo iure feriſſent, ceteros
 finitimos armis ſubegerunt: tantasque opes in bre-
 ui consecuti ſunt, ut pernicioſi etiam regib⁹ ba-
 berentur. Denique Alexäder rex Epiri, quum in
 auxilium Græcarum ciuitatum cū magis exer-
 citu in Italianam veniſſet, cum omnibus copijs ab
 hiſ deletus eſt. Quare feritas eorum ſuccesſu felici-
 tatis incenſa, diu terribilis finitimus fuit, ad poſtre-
 num imploratus Agathocles, ſpe ampliandi re-
 gni, à Sicilia in Italianam traiecit. Principio ad-
 uentus opinione eius concuſi, legatos ad eum ſocie-
 tate amicitiāmque petentes miſerunt. Quos Aga-
 thocles ad cœnam in uitatos, ne exercitum trajci-
 viderent, in poſterum ſtaruta hiſ die, conſcenſis na-
 ſibus fruſtratus eſt: ſed frauduſ haud laetus euen-
 tuſ fuit. Siquidem reuerti eum in Sicilians, inter-
 iectuſ pauci diebus, uis morbi coēgit: quo toto cor-
 pore comprehendens, per omnes ueruos articulosque

humore pestifero grasseante, velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque oratum, eius regnum iam quasi mortui vendicantibus, occiso filio, regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles, cum morbi cura, & agritudo graviores essent, & inter se alterum alterius malo cresceret, desperatis rebus, uxorem suam Theogenam, genitosque ex ea duos parvulos, cum omni pecunia, & familia, regalique instrumento, quo praeceps illum nemo regum dittior fuit, nauibus impo-
sitos Aegyptum, unde uxorem accepérat, remit-
tit, timens ne prædonem regni sui hostem pateren-
tur. Quanquam uxor diu, ne ab agro diuellere-
tur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepo-
tis parricidio posset, & tam cruentè hæc deseruisse
virum, quam ille impugnasse auum videretur.

Maelmoniu.

N V B E N D O S E N O N P R O S P E R A E T A N T U M , S E D O M N I S F O R T U N A E I N I S S E S O C I E T A T E M : nec in-
uitam periculo spiritus sui empturam, ut extre-
mos viri spiritus exciperet, & exequiarum offi-
cium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, ob-
sequio debitæ pietatis impleret. Discedentes par-
vuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex
altera parte uxor maritum non amplius visura,
osculis fatigabar. Nec minus senis lacrymæ misé-
rables erant. Flebant q̄ morientem patrem, ille
exules liberos: Hi discessu suo solitudinem patris
senis, ægri, ille in spem regni susceptos relinqui in
egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assisten-
tium fletibus tam crudelis dispidi impleta, reso-
nabat. Tandem lacrymis finem necessitas profe-
ctionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios
secuta est. Dum hæc aguntur, Carthaginenses co-

gnitis

gnitis quæ in Sicilia agebantur, occasionem totius insulae occupanda datam sibi existimantes, magnis viribus eò traiiciunt, multasque ciuitates subiungunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui imploratus à Sieulis in auxilium, sicuti dictum est, cum Syracusas venisset, multasque ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut Epipi appellabatur. Quarum rerum felicitate latatus, Heleno filio Siciliam velut auitum (nam se sceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem Italia regnum destinat. Post hæc multa secunda prælia cum Carthaginensibus facit. Interjecto deinde tempore, legati ab Italici socijs vene- & Samnitib^s. nentes, nunciantes Romanis resisti non posse, deditio- Plutarc.
 nemque futuram, nisi subueniat. Anxius tam am-
 biguo periculo, incertusq; quid ageret, vel quibus
 primum subueniret, in utrumque pronus consulta-
 bat. Quippe instantibus his Carthaginensibus,
 inde Romanis, periculosem videbatur, exercitum
 in Italiam non traiçere, periculosius à Sicilia de-
 ducere: ne aut illi non late ope, aut hi deserti amit-
 terentur. In hoc astu periculorum, tutissimus por- *decerare
 tus consiliorum visus est, omnibus viribus* decer-
 nere in Sicilia, & profligatus Carthaginensibus,
 victorem exercitum* transponere in Italiam. Ita- *transmitte
 que conserto prælio, cum superior fuisset, quoniam re-
 tamen à Sicilia abiret, pro victo fugere visus est:
 ac propterea socij ab eo desecerunt: & imperium
 Siciliæ tam citò amisit, quam facile quæsierat. Sed
 nec in Italia meliore felicitate usus, in Epirum
 reuertitur. Admirabilis utriusque rei casus in exemplum fuit. Nam sicut ante secunda fortuna, Parti ad Car-
 rebus supra vota fluentibus, Italiae Siciliaque im- thaginem, par-
 perium, & tot de Romanis victorias attraxerat
 ita nunc aduersa, velut in ostentationem fragili- mertinos. Plu-
 tate.

tatis humana destruens quæ cumulauerat, Sici-
liensi ruinæ naufragium mari, & fœdam aduer-
sus Romanos pugnam, turpemq; ab Italia disces-
sum adiecit. Post profecitionem à Sicilia Pyrrhi

Hiero magistratus Hiero creatur, cuius tanta moder-
atio fuit, ut consentiente omnium ciuitatum fauore,
dux aduersus Carthaginenses primum, mox rex
crearetur. Huius futura maiestatis ipsa infantilis
educatio quasi prænuncia fuit. Quippe genitus
erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo à
Gelo, antiquo Sicilia tyranno, manabat: sed ma-
ternum illi genus sordidum, atque admidum pu-
dibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propte-
rea à patre, velut de honestamentum generis, ex-
positus fuerat. Sed paruulum, & humana epis in-
digentem apes, congesto circa iacentem melle, mul-
tis diebus aluere. Ob quam rem responso aruspici-
cum admonitus pater, qui regnum infanti porten-
di canebant, paruulum recolligit, omnique studio
ad spem maiestatis, quæ promittebatur, instituit.
Eidem in ludo inter coquales discenti, lupus ta-
bulam, in turba puerorum repente conspectus, eri-
puit. Adolescenti quoque prima bella ineunti a-
delectatur noquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod o-
qua, ut Plut. stentum & in consilio cautū, & manu promptum,
in Demosth. regemq; futurum significabat. Denique aduersus
prævocatores sepe pugnauit, sempèrque victoriam
reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus
donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis,
vires quoque in homine admirabiles fuere. In al-
loquio blandus, in negotio iustus, in imperio mode-
ratus erat, prorsus ut nihil ei regium deesse vide-
retur, præter regnum.

Ob id Pallas delectatur noquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod o-
qua, ut Plut. stentum & in consilio cautū, & manu promptum,
in Demosth. regemq; futurum significabat. Denique aduersus
prævocatores sepe pugnauit, sempèrque victoriam
reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus
donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis,
vires quoque in homine admirabiles fuere. In al-
loquio blandus, in negotio iustus, in imperio mode-
ratus erat, prorsus ut nihil ei regium deesse vide-
retur, præter regnum.

Iustini

Iustini Lib. XXIIII.

Dum hæc in Sicilia geruntur, interim
in Gracia dissidentibus inter se bello
Ptolemaeo, Ceraunico, Antiocho, & An-
tigono regibus: omnes ferme Gracia ci-
uitates, ducibus Spartanis velut occasione data,
ad spem libertatis eructæ, missu inuicem legatis, per
quos in societatis fœdera alligarentur, in bellum
prorumpunt: & ne cum Antigono, sub cuius bello * imperio
erant, bellum cepisse viderentur, socios eius Aeto-
los aggrediuntur, causas belli prætententes, quod
consensu Graciae sacratum Apollini Cyraum cam-
pum per vim occupassent. Huic bello ducem eli-
gunt Aran, qui adunato exercitu, urbes sataque
in his campis posita, depopulatur: quæ auferri non
poterant, incendit. Quod cum è montibus conspica-
ti Aetolorum pastores essent, congregati admo-
dum quingenti, sparsos hostes, ignorantes quanta
manus esset, quoniam cōspectum illius metus & in-
cendiorum furus abstulerat, consecrantur, truci-
datisq; admodum nouem millibus, prædones in fu-
gam verterunt. Reparantibus deinde Spartanis
bellum, auxilium multæ ciuitates negauerūt, exi-
stimantes, dominationem eos Gracia, non liberta-
tem querere. Interea inter reges bellum finitur:
Nam ptolemaeus pulso Antigono cum regnum to-
tius Macedoniae occupasset, pacem cum Antiocho
facit, affinitatemq; cum Pyrrho, data ei in matri-
monium filia sua, jungit. Exinde externo metu de-
posito, impium & facinorosum animum ad dome-
stica scelera conuertit, insidiasq; Arsinoe sorori sue
instruit, quibus & filios eius vita, & ipsam Cas-
sandriæ urbis possessione priuaret. Primus ei dolus
fuit, simulato amore sororis matrimonium petere.

Campus is est
phocidis. Pli.
lib. 3.

Aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupauerat, quam concordiae fraude peruenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas sorori erat. Itaque non credendi, mandat velle secum filij eius regni consortium iungere: cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum, sed quod id facere sui muneris vellet. In hoc mitteret arbitrium iurifurandi: quo praesente apud deos patrios, quibus vellit obsecrationibus se obligaret. Incerta Arsinoë quid ageret: si mitteret, decipi periurio: si non mitteret, prouocare rabiem fraternæ crudelitati timebat. Itaque plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem: quo perducto in sanctissimum Iouis templum, veterima Macedonum religionis, Ptole-

Solebant sacrificates aras sumptu in manus altaribus, contingens ipsa apprehendens simulacra, & puluinaria deorum, inauditis, ulti-
ze. Vnde & misque execrationibus adiurat, se sincera fide ma-
Varro dicit, trinomium sororis petere: nuncupaturumq; se eam
antiquitus an casas dictas. Vi- reginam, neq; in consumeliam eius se aliam uxori
de Macrob. rem, aliisque, quam filios eius se liberos habiturum.

Arsinoë postquam & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur: cuius vultus, & blandientes oculi, cum fidem non minorem, quam iusfirandum promitterent, reclamante Ptolemaeo filio fraudem subesse, in matrimonium fratris consensit. Nuptiae magno apparatu, luctuaque omnium celebrantur. Ad concionem quoque vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. Quo nomine in luctiani effusa Arsinoë, quia quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat, receperisset, ultro virum in urbem suam Cassandriam inuitat, cuius urbis cupiditate frus struebatur. Prægressa igitur virum, diem festum

festum urbi in aduentum eius indicit, domos, tem-
 pla, ceteraque omnia exornari iubet, aras ubique,
 hostiasque disponi, filios quoque suos, Lysimachum
 sedecim annos natum, Philippum triennio mino-
 rem, utrunque forma insignem, coronatos occurre-
 re iubet. Quos Ptolemaeus, ad celandam fraudem,
 cupide & ultra modum verae affectionis ample-
 xus, osculu diu fatigat. Vbi ad portam ventum
 est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui cum
 ad matrem configissent, in gremio eius, inter ipsa
 oscula trucidantur. Proclamante Arsinoe, quod
 tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias con-
 traxisset, pro filiis se apera percussoribus obtulit. Fre-
 quenter corpore suo puerorum corpora amplexata
 protexit, vulneraque excipere, quae liberis* inten- * intentaban
 debantur, voluit. Ad postremum spoliata etiam tur-
 funeribus filiorum, scissa veste, & crinibus spar-
 sis, cum duobus seruulis ex urbe protracta, Samo-
 thraciā in exilium abiit, eō miserior, quod mori-
 cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemaeo inulta
 scelera fuerunt. Quippe dīs immortalibus tot per-
 iuria, & tam cruenta parricidia vindicantibus,
 breui post à Gallis spoliatus regno, captiisque, vi-
 tam ferro, ut meruerat, amisit. Namq; Galli abun-
 danti multitudine, cum eos non caperent terre,
 quae generant, trecenta millia hominum ad sedes
 nouas querendas, velut peregrinatum miserunt.
 Ex his portio in Italia confedit, quae & urbem
 Romanam captans incendit, & portio Illyricos sinus,
 ducibus avibus (nam augurandi studio Galli pre-
 ter ceteros callent) per strages Barbarorum pe-
 netrauit, & in Pannonia confedit: gens aspera, au-
 dax, bellicosa, que prima post Herculem, cui ea
 res virtutis admirationem & immortalitatis fir-
 dem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intra-

De transita
 Gallorum in
 Italianam vide
 Liui Deca.
 Lib. 5.

Etabilia loca transcendit: ibi dominus Pannonyi
per multos annos cum finitimis varia bella gesse-
runt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus,
alij Graciam, alij Macedoniam, omnia ferro pro-
terentes, petuere: Tantusq; terror Gallici nominis
erat, ut etiam reges non lacebantur, ultro pacem in-
genti pecunia merearentur. Solus rex Macedonie
Ptolemaeus, aduentum Gallorum intrepidus au-
dituit: iugis cum paucis & incompositis, quasi bella
non difficultius, quam sclera patrarentur, parri-
cidiorum furij agitatus, occurrerit. Dardanorum
quoque legationem, viginti milia armatorum in
auxilium offerentem, speravit: addita insuper con-
tumelia, actum de Macedonia dicens, si cum to-
tum Orientem soli domuerint, nunc in vindictam
cuium Dardanis egeant. Milites se habere filios
eorum, qui sub Alexandro rege stipendia toto
orbe terrarum victores fecerint. Quae ubi Dar-
dano regi nunciata sunt, inclytum illud Macedo-
niae regnum breui immaturi iuuenis temeritate
casurum dixit. Igitur Galli, duce Belgio, ad ten-
tandos Macedonum animos, legatos ad Ptole-
maeum mittunt, offerentes pacem, si emere velit.
sed Ptolemaeus inter suos, belli metu pacem Gal-
los petere gloriatus est: nec minus ferociter se le-
gatu, quam inter anticos saltuus alter se pacem
daturum negando, nisi principes suos obsides de-
derint, & arma tradiderint: non enim fidem se ni-
si inermibus habiturum. Renunciata legatione,
risere Galli, undique acclamantes, breui sensu-
rum, sibi an illi consulentes pacem obtulerint. In-
teriectis diebus pralium conseritur: vieti Mace-.

Ptolemaeus dones ceduntur: Ptolemaeus multis vulneribus sau-
fauciis capi- cius capit: caput eius amputatur: & lancea fi-
xum tota acie ad terrorem hostium circumfertur.
Pauces

Paucos ex Macedonibus fuga seruauit: ceteri
 aut capti, aut occisi. Haec cum nunc iata per om-
 nem Macedoniam essent, portae urbium claudun-
 tur, luctu omnia replentur, nunc orbitatem amis-
 sorum filiorum dolebant, nunc excidia urbium me-
 tuebant, nunc Alexandri, Philippique regum suo-
 rum nomina, sicuti numina, in auxilium voca-
 bant: sub illis se non solum tutos, verum etiam vi-
 etores orbis terrarum extitisse: ut tuerentur pa-
 triam suam, quam gloria rerum gestarum calo
 proximam reddidissent: ut opem afflictis ferrent,
 quos furor et temeritas Ptolemai regis perdididerat,
 orabant. Desperantibus omnibus, non votis agen-
 dum, Softhenes unus de Macedonii principibus ra-
 tus, contracta iuuentute, & Gallos exultantes vi-
 ctoria compescuit, & Macedoniam ab hostili de-
 populatione defendit. Ob que virtutis beneficia,
 multis nobilibus regnum Macedoniae affectanti-
 bus, ignobilis ipse preponitur, & cum rex ab exer-
 citu appellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis
 nomen iurare milites coegerit. Interea Brennus, quo
 duce portio Gallorum in Graciam se effuderat,
 audita victoria suorum, qui Belgio duce Mace-
 dones vicerant, indignatus parta victoria & opimam
 prædam, & Orientis spolijs onus tam, tam
 facile relietam esse, adunatus C L. millibus pedi-
 tum, & x v. millibus equitum, in Macedoniam
 irrumpit. Cura agros villaque popularentur, occur-
 rit ei cum instrueto exercitu Macedonum Softhe-
 nes: sed pauci à pluribus, trepidi à valentibus fa-
 cile vincuntur. Itaque cum victi se Macedones in-
 tra muros urbium condidissent, victor Brennus,
 nemine prohibete, totius Macedonia agros depra-
 datur. Inde quasi spolia sorderent, animum ad deo-
 rum immortalium tempora conuertit, scurilliter

Softhenes.

Softhenis mo-
dettia.Brenni victo-
ris insolentia.

iocatus, locupletes deos largiri hominibus eportere.
Statim igitur Delphos iter vertit, prædam reli-
gioni, aurum offendæ deorum immortalium præ-
ferens: quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri

Templi Apol-
linis apud
Delphos sit? *Apollinis Delphis positum est in monte Parnaso,*
*in rupe vndique impendente: ibi ciuitatem fre-
quentia hominū facit. Qui ad affirmationem ma-
iestatis vndique concurrentes, in eo saxo consede-
re: atque ita templum ciuitatēmque, non muri, sed
precipitia, nec manufacta, sed naturalia praefidia
defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum mun-
imentum loci, an maiestas dei plus hic admiratio-
nis habeat. Media saxi rupes in formam theatri*

Echo *recessit. Quamobrem hominum clamor, & si quan-
do accidit tubarum sonus, personantibus & reso-
nantibus inter se rupibus, & multiplex audiri,
ampliorque quam editur, resonare solet. Quæ res*

Topographia *maiorem maiestatis terrorem ignarii rei, & ad-
mirationem stupentibus plerunque affert. In hoc
rupis anfractu, media ferme montis altitudine, pla-
nicies exigua est, atque in ea profundum terra fo-
ramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spi-
ritus, in quodam velut vento in sublime expulsus,
mentes vatum in recordiam vertit, impletosque
deo, responsa consulentibus dare cogit. Multa igi-
tur ibi & opulenta regum populorumq; visuntur
munera, queq; magnificentia sui reddentium vo-
ta gratam voluntatem, & deorum responsa mani-
festant. Igitur Brennus cum in conspectu haberet
templum, diu deliberauit, an confessim rem aggre-
deretur, an verò fessi via militibus, nocti spatiū
ad resumendas vires daret. Euridanus & Thessa-
lonis duces, qui se ad præda societatem iunxerant,
amputari moras iubent, dum imparati hostes, &*

recens aduentus sui, terrori casset: interiecta nocte et
 animos hostibus forsitan & auxilia accessura, &
 vias quæ tunc pateant, obstructum iri. Sed Gal-
 lorū vulgus ex longa inopia, ubi primum vino,
 ceterisque commeatibus referta rura inuenit, non
 minus abundantia, quam victoria latum, per a-
 gros se sparserat, deservitq; signis ad occupanda o-
 mnia pro victoribus vagabantur. Quares dilatio-
 nem Delphus dedit. Prima nanque opinione ad-
 uentus Gallorum prohibiti agrestes Græcis oracu-
 lis feruntur, messes, vimaque villis efferre: cuius rei
 salutare præceptum non prius intellectu est, quam
 vini, ceterarūque copiarum abundantia, velut
 mora Gallis obiecta, auxilia finitimorum conuene-
 re. Prius itaque urbem suam Delphi, aucti viri-
 bus sociorum permuniuere, quam Galli vino ve-
 lut præda incubantes, ad signa reuocarentur. Ha-
 bebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum se-
 xaginta quinque millia, Delphorum sociorumque
 non nisi* quatuordecim millia militum erant, quo-
 rum contemptu Brennus ad acuedos suorum ani-
 mes præda ubertate omnibus ostendebat, statuas-
 que cum quadrigis, quarū ingens copia procul vi-
 sebatur, solido auro fusas esse: plusque in pondere,
 quam in specie habere præda affirmabat. Hac as-
 sūeratione & animaduersione incitati Galli, si-
 mul & hesterno mero saucij, sine respectu pericu-
 lorū in bellum ruebant. Contrà Delphi plus in
 deo, quam in viribus spem ponentes, cum contem-
 pri hostiis resistebant, scandentesq; Gallos è sum-
 mo montis vertice, partim saxus, partim armis ob-
 ruebant. In hoc partiu certamine, repente uniuers-
 orum templorū antistites, simul et ipsi vates, spar-
 sis crinibus, cum insignibus atq; insulis, pauidi, ve-
 cordesne, in primam pugnantū aciem procurrūt.
Brenni exerci-
tus quantus.
Alij qua-
tor millia.

aduenisse Deum clamant, eumque se vidisse desilientem in templum per culminus aperta fastigia. Dum omnes opem dei suppliciter implorant, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Diana Mineruaque adibus occurrisse: nec oculis tantum hac se perspexisse, sed audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. Proinde nec cunctarentur diis antesignanis hostem cadere, & victoriae deorum socios se adiungere, summis obsecrationibus monebant. Quibus vocibus incensi, omnes certatim in praelium prossiliunt. Präsentiam dei & ipsi statim sensere.

Gallorū stratus exercitus. Nam & terramotu portio montis abrupta, Gal-

lorum stravit exercitum: & confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati rubeant. Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine & fulgore faucios ex vulneribus absumpst. Dux ipse Brennus mortem sibi complicitate cum dolorens vulnerum ferre non posset, pugione vitam finuit. Alter ex ducibus, punitis belli autoribus, cum decem millibus faucierum citato agmine à Gracia excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis alta nox, nullus sine labore & periculo dies: a sidui imbræ & gelu, nix concreta, & flammæ, & laetitudo, & super hæc M A X I M U M P E R V I G I L I A E M A L V M , miseris infelicitis belli reliquias obterebant. Gentes quoque nationesque per quas iter habebant, palantes velut prædam settabantur. Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulò antè fiducia virium etiam deos contemnebat, velut ad memoriam tarata clavis superesset.

Iustini

Iustini Lib. XXV.

Inter duos reges, Antigonum & Antiochum,
 statuta pace, cum in Macedoniam Antigo-
 nus reuertetur, nouis eidem repente hostis
 exortus est. Quippe Galli, qui à Brenno duce,
 cum in Graciam proficiscerentur ad terminos gen-
 tis tuendos reliqui fuerant, ne soli desides videren-
 tur, peditum* quindecim milia, equitum tria mil-
 lia armauerant, fugatisque Getarum, Triballo-
 rumque copijs, Macedonias imminentes, legatos ad
 regem miserunt, qui pacem ei venalem offerrent,
 simul & regis castra specularentur. Quos Anti-
 gonos pro regali munificentia ingenti apparatus
 epularum ad cœnam inuitauit. Sed Galli exposi-
 tum grande auri argenteique pondus admirantes,
 atque præda ubertate sollicitati, infestiores, quam
 venerant, reuertuntur: Quibus & elephantes ad
 terrere, velut inusitatas Barbaris formas, rex iste-
 di iusscerat, naues omnes copijs demonstrari: igna-
 rus, quod quibus ostentatione virium metum se
 injere existimabat, eorum animos ut ad optimam
 predam sollicitabat. Itaque legati ad suos reuersi,
 omnia in maius extollentes, opes pariter & negligen-
 tiam regis ostendunt, referta auro & argento ca-
 stra esse, & neq; vallo fossâne munita: & quasi sa-
 tu munimenti in diuitijs haberent, ita eos omnia of-
 ficia militaria intermisce prorsus quasi ferri auxi-
 liis non indigerent, quoniam abudarent auro. Hac
 relatione auidæ gentis animi satis ad præda incita-
 bantur. Accedebat tum exemplum Belgij, qui non
 magno antè tempore Macedonum exercitum cum
 rege trucidauerat. Itaque consentientibus omni-
 bus, nocte castra regis aggrediuntur, qui presen-
 tiens tantâ tempestatem, signum pridie dederat, ut
 omnibus

* duodecim

omnibus rebus ablatis, in proximam syluam racti se occultarent. Neque aliter seruata castra, quam quod deserta sunt. Siquidem Galli ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modo, verusmetiam sine custodibus vident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris & intactis munimentis, seruantes potius quam diripientes, castra occupauerunt. Tunc ablatis quae inuenierant, ad litus conuertuntur. Ibi dum naues incautius diripiunt, a remigibus & ab exercitus patre, quae eò cum coniugibus & liberis confugerant, nihil tale metuētes trucidātur: tantaque cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacem huius victoriae opinio, non à Gallis tantum, verum etiam à finitimarum feritate præstiterit. Quanquam Gallorum ea tempestas tanta fœcunditatis iuuentus fuit, ut Asia omnem velut examine aliquo implerent: Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu villa bella gesserint, neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis siue armorum inuicta felicitas erat, ut aliter neque maiestatem suam tutam, ne-

Mixti Galli que amissam recuperare se posse sine Gallica virtute & Græci Gallograeci appellatur. Itaque in auxilium à Bitihylogræci appelli lautur. Linus diuiserunt, eamq; regionem Gallograeciam cognominauerunt. Dum hac in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrhus à Panis nauali pælio vicitus, ab Antigono Macedoniæ rege supplementum mi-

Dum Sicilia litum per legatos petit: denuntians nō mittat, redi excederet & in Italiam pro re se in regnum necesse habere: incrementa rerum quæ peraret, Plu de Romanis voluerit, de ipso quæ siturum. Quod ubi negatum legati retulerunt, dissimulatis causis, repentinam fingit profectionem. Socios interim parare

rare bellum iubet, & arcis Tarentinae custodiam
Heleno filio, & amico Milonit tradidit. Reuersus in
Epirum statim fines Macedoniae inuadit, cui An-
tigonus cum exercitu occurrit, vicitusque p[re]lio in
fugam vertitur. Atque ita Pyrrhus Macedo-
niā in deditio[n]em accepit, & veluti dāna amis-
sa Siciliā Italiaq[ue] acquiso[n]to Macedoniae regno pen-
sasset, relictū Tarenti siliunc & amicum acce-
pit. Antigonus autem cum paucis equitibus, fugae
comitibus, repente fortunae ornamenti destitutus,
amisi regni speculaturus euentus, Thessalonicam
se recepit, ut inde cum conducta Gallorum merce-
naria manu bellum repararet. Rursus à Ptole-
mæo Pyrrhi filio funditus vittus cum septem co-
mitibus fugiens, non recuperandi regni spem ad sa-
luti latebras, ac fugae solitudines captat. Igitur
Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam
nec eo ad quod votis perueniendū fuerat, contetus,
Gracia, Asiaq[ue] regna meditatur, neque illi maior
ex imperio, quam ex bello voluptas erat: nec quis-
quam Pyrrhum, quā tulisset imperium, sustinere
valuit. Sed ut ad deuincenda regna inuictus ha-
bebatur, ita deuictis acquisitisque celeriter care-
bat: tāto melius studebat acquirere imperia, quam
retinere. Itaque cū copias Cherroneo trāsp[er]sa-
set, legationibus Atheniensiū, & Achinorū, M[ar]s.
seniorū[m]que excipitur. Sed & Graci omnes admi-
ratione nominis eius, simul & rerum aduersus R[ati]o-
manos. P[ro]x[im]o[rum]que gestarum gloria attoniti, ad-
uentum eius expectabāt. Primum illi bellum ad-
uersus Spartanos fuit, ubi maiore mulierū, quam
virorum virtute excipitur: Tunc Ptolemeum
filium, & exercitus partem robustissimam ami-
sit. Quippe oppugnari urbem, ad tutelam pa-
tria tanta multitudo feminarum concurrit, ut
non s[er]vare

Collatus ob
id est ab Anti-
gono, indo &
lusori: qui cā
& multa & fe-
liciter edat,
istamen ne-
tar.

non fortius vicitus, quam verecundius recederet.
Porro Ptolemaeum filium eius adeo strenuum, &
manu fortem fuisse tradunt, ut urbem Corcyram
solus cum sexaginta ceperit. Item prælio nauali
triremem ex scapha cum septem insiluerit, captam
que tenuerit. In oppugnatione quoque Spartano-
rum usque in medium urbem cum equo procure-
rit, ibique concurso multitudinis interfectus fit. Cu-
*patri est di ius corpus ut relatū, *patrem dixisse Pyrrhum fe-
xisse. runt, aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse.

*conatur velut temeritas eius meruerit, occisum esse. Repul-
la fœmina sus à Spartanis Pyrrhus Argos petit: ibi dum
idu regula ecce Antigonū in urbe clausum expugnare* cogitat,
cifum Argis scribit Plut. inter confertissimos violentissime dimicans, saxo de-
murus iactato occiditur. Caput eius Antigono re-
fertur qui victoria mitius usus, filium eius Hele-
num cum Epiro sibi deditum, in regnum dimisit,
eique insepulti patris ossa in patriam referenda tra-
didit. Satis constans inter ornes autores fama est,

Dabat Annibal primas in nullum nec eius, nec superioris etatis regem compa-
omni genere virtutis Pyr- randum Pyrrho fuisse, raroque non inter reges tan-
tho. Plut. tum, verum etiam inter illustres viros, aut vitae
sanctoris, aut iustitiae probatoris visum fuisse. Sci-
entia certè rei militaris in illo viro tantā fuisse, ut
cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regi-
bus bella gesserit, iniustus semper extiterit. Illyri-
orum quoque, Siculorum, Romanorumque, & Car-
thaginensium bellis nunquam inferior, plerunque
etiam vicer extiterit: qui patriam certè suam an-
gustum, ignobilemque fama rerum gestarum, &
claritate nominis sui toto orbe illustrè reddiderit.

Iustini



Iustini Lib. XXVI.

Post mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, verum etiam in Asia, Graecia-que magni bellorum motus fuere. Nam & Peloponnesij per proditionem Antigono traditi, & variante hominum partim dolore, partim gaudio, prout singula ciuitates aut auxiliū de Pyrrho sperauerāt, aut misus sustinuerāt: ita aut cum Antigono societatem iungebant, aut mutuis inter se odijs in bellum ruebloabant. Inter hunc turbatū prouinciarum motū, Epirorum quoq. urbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur: à quo cum multi ex primoribus occisi, plures in exitium acti essent, Aetolis per legatos postulantibus, ut coniuges liberosque exulum redderet, primo negavit: postea quasi pœniteret, proficisciendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit, diemque profectionis statuit. Illæ quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima quaque auferentes, cum ad portam quasi uno agmine prefecturæ conuenissent, omnibus rebus expoliatae, in carcere recluduntur, occisis prius in gremijs matrum parvulis liberis, virginibusque ad stuprum direptis. Hanc tam fœnam dominationem stupentibus omnibus, princeps eorum Helematus, senex, & liberis orbus, ut liberanda patria factum callidum.

Helemati la
tria factum
callidum.
Ferdinand
stiorema

Gallorū cru-
delitas.

stiorēm viam eligentes, coniurant in tyranni necem: atque ita Aristotimus quinto postquam urbem occupauerat mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello & Ptolemai regis, & Spartanorum premeretur, nouisque illi hostis Gallograciae exercitus affluxisset, in speciem castrorum parua manu aduersus ceteros relicta, aduersus Gallos totis viribus proficiscitur. Quibus cognitis, Galli cum & ipsi se prælio pararent, in auspicia pugna hostias cedunt: quarum extis cum magna cedes, interitisque omnium prædicetur: non in timorem, sed in furorem versi, sperantesque Deorum minas expiari cede suorum pusse, coniuges & liberos suos trucidant, auspicia belli à parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat, ut non parcerent etati, cui etiam hostes pepercissent: bellumque internecinum & natum litium cum liberis, liberorumque matribus gererent, pro quibus bella suscipi solent. Itaque quasi scelere vitam, victoriām redemissent, sicut erat cruenti ex recenti suorum cade, in prælium non meliore euentu, quam omne proficiscuntur. Si quidem pugnantes, prius parricidiorum furie, quam hostes circumuenere, obuersantibusque ante oculos manibus interemptorum, omnes occisione cœsi. Tāta strages fuit, ut Dij pariter cum hominibus consensisse in excidium parricidarum videbentur. Post huins pugnae euentum, Ptolemaeus & Spartani, victorem hostium exercitum debellum Athicæ clinantes, in tutiora se recipiunt. Antigonus quoniensibus interficit.

Antigonus & Spartani, victorem hostium exercitum debellum Athicæ clinantes, in tutiora se recipiunt. Antigonus quoniensibus interficit. que ubi eorum discessum videt, recenti adhuc ex priori victoria militum ardore, bellum Atheniensibus infert. In quo cum occupatus esset, interim Alexander rex Epiri vicei mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniae depopulatur. Aduersus qu

sus quem cùm reuersus à Gracia Antigonus es-
set, transitione militum destitutus, regnum Ma-
cedonia cum exercitu amittit. Huius filius De-
metrius puer admodum, absente patre reparato
exercitu, non solum amissam Macedoniam rece-
pit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spo-
liat. Tanta vel mobilitas militum, vel fortuna
varietas erat, ut vici sim reges nunc exiles,
nunc reges viderentur. Igitur Alexander cùm
exul ad Arcadas configisset, non minore Epi-
rotarum desiderio, quam sociorum auxilio, in
regnum restituitur. Per idem tempus rex Cyre-
narum * Agys decedit: qui ante infirmitatem,
Beronicem unicam filiam, ad finienda cum Pto-
lameo fratre certamina, filio eius desponderat. Sed
post mortem Antigoni regis, mater virginis Ar-
sinoë, ut inuita se contractum matrimonium
solueret, misit qui ad nuptias virginis, regnum
que Cyrenarum Demetrium fratrem regis An-
tigoni à Macedonia accerserent: qui & ipse ex
filia Ptolemai procreatus erat. Sed nec Deme-
trius moram fecit. Itaque cùm secundante ven-
to celeriter Cyrenas aduolasset, fiducia pulchritu-
dinis, qua ninius placere socrui cœperat, statim
à principio superbus, regiae familie, militibusque
impotens erat, studiumque placendi à virgine in
matrem contulerat. Quæ res spectata, primò
virgini, deinde popularibus, militibusque inuisa
fuit. Itaque versis omnium animis in Ptolemai fi-
lium insidia Demetrio comparantur: qui cùm in-
lectum socrus concessisset, percussores immittun-
tur. Sed Arsinoë audit a voce filie, ad fores stantis
& præcipientis, ut matri parcerent, adulterum
paulisper corpore suo protexit. Quo imperfecto,
Beronice & stuprum matris, salua pietate, ulta-

Fortunæ va-
rix ludus.

* Agas

est, & in matrimonio sortiendo iudicium patris
sequuta.

Iustini Lib. XXVII.

Seleucus re-
gni auspicia
a parricidio
incipit.

Beronice oc-
ciditur.

Mortuo Syriae rege Antiocho, cum in locum eius filius Seleucus successisset, hortante matre Laodice, qua inhibere debuerat, auspicia regni a parricidio cœpit. Quippe Beronicem nouercam suam, sororem Ptolemæi regis Aegypti, cum parvulo fratre ex ea suscepito interficit. Quo facinore perpetrato, & infamia maculam subiit, & Ptolemæi bello se implicuit. Porro Beronice cum ad se interficiendam missos didicisset, paternæ Daphnæ se claudit. Vbi cum ob siderieam cum parvulo filio nunciatum ciuitatibus Asia esset, recordatione paterna maiorumque dignitatis eius, & casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemaeus periculo sororis excitus, relicto regno, cum omnibus viribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumdata trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaque cum vniuersæ ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparassent, repente exemplo crudelitatis exterrita simul & in ultionem eius, quam defensuri erant, Ptolemaeos se tradunt: qui nisi in Aegyptum domesticâ seditione renocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum illis vel odium parricidiale scelus, vel huic fauorem indignè interemptæ mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemæi, Seleucus cum aduersus ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repente veluti Diis ipsiis parricidium vindictantibus, orta tempestare clas-

sent nau-

sem naufragio amittit: nec quicquā illi ex tāto ap
paratu, prāter nudū corpus, & spiritū, & paucos
naufragij comites residues fortuna fecit. Misera
quidē res, sed optāda Seleuco fuit. Siquidē ciuita-
tes, quae odio eius ad Ptolemaeum defecerāt, velut
Dijs arbitris satu factū sibi esset, repētina animorū
mutatione in naufragij misericordiam verse im-
perio se eius reūtiuūt. Laius sigiturn malis suis &
damnis dittior redditus, velut par viribus, bellum factus.

Ptolemaeo infert: sed quasi ad ludibriū tantū for-
tuna natus esset, nec propter aliud opes regni rece-
pisset, quā ut amitteret, vicitus prālio, non multō
quam post naufragij comitator, strepidus in An-
tiochiam cōfugit. Inde ad Antiochum fratre liter-
as fecit, quibus auxilium eius implorat, oblata ei
Asia, inter fines Tauri montis, in prænium lata
opis. Antiochus autem cum esset annos X I I I.
natus, supra etatem regni audius, occasionem non
tam pio animo, quam offerebatur, arripuit. Sed la-
tronis more totum fratri cripere cupiens, puer scelē
ratam, virilemq; sumit audaciā. Vnde Hierax est

Antiochus
cur Hierax

cognominatus, quia nō hominis, sed accipitrīs ritu-
in alienis cripiedis vitam sectaretur. Intere à Ptole-
meus cum audisset regem Antiochū in auxilium
Selenco venire, ne cum duobus uno tempore dimi-
caret, in annos X. cum Seleuco pacem facit: sed pax
ab hoste data, interpellatur à fratre: qui cōducto
Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellū,
pro fratre hostē se imploratus exhibuit: In eo prā-
lio virtute Gallorū vīctor quidē Antiochus fuit:
sed Galli arbitrates Seleucum in prālio cecidisse,
in ipsum Antiochū arma veriū, liberius depopu-
laturi Asia si omnē stirpē regiā extinxissent. Quod
ubi sensit Antiochus, velut à prædonib; auro se
redimit, societatēmq; cum mercenarijs suis iun-

Eumenes Bi git. Interea rex Bithynie Eumenes, sparsis consum
thinix rex. ptisque fratribus bello intestinae discordia, quasi
vacantem Asiam possessionem inuasurus, victo-
rem Antiochum. Gallosque aggreditur: nec di-
fficile saucios adhuc ex superiore congreßione in-
teger ipse viribus superat. Ea nanque tempeſtate
omnia bella in exitium Asiae gerebantur; vii
quisque fortior fuſſet, Asiam velut prædam occu-
pabat. Seleucus & Antiochus fratres bellum pro-
pter Asiam gerebant. Ptolemaeus rex Aegypti,
* Humilio- ſub ſpecie ſororia uitioris, Asia inhiabat. Hinc
rum. Bithinius Eumenes, inde Galli* (humilior ſem-
per mercenaria manus) Asiam depopulabantur,
cum interea nemo defenſor Asiae inter tot pre-
dones inueniebatur. Vito Antiocho, cum Eume-
nes maiorem partem Asiae occupaſſet, ne tunc qui
dem fratres perditio præmio, propter quod bellum
gerebant, concordare potuerunt: ſed omiſſo exte-
no hoſte, in mutuum exitium bellum reparant.
In eo Antiochus denuo viſtus, multorum die-

rum fuga fatigatus, tandem ad ſocerum ſuum Ar-
tamenem, regem Cappadocia, prouehitur: A quo
cum primū benigne ſuceptus eſſet, interiectis
diebus, cognito quod ſibi iñſidiæ pararentur, ſalu-
tem fuga quaſiuit. Igitur cum profugo nū ſquam lo-
cus tutus eſſet, ad Ptolemaeum hoſtem, cuius fidem
tutio rem quām fratris exiſtimabat, decurrit: me-
mor vel quā facturus fratri eſſet, vel quā meruiſ-
ſet à fratre. Sed Ptolemaeus non tam amicus ei-
deditus, quām hoſti factus feruari eum arctiſi-
ma cuſtodia iubet. Hinc quoque Antiochus ope-
ra cuiusdam meretricis adiutus, quam familia-
rius cognouerat, deceptis cuſtodibus elabitur, fugiēs
que à latronibus interficitur. Seleucus quoque iſ-
dem fermè diebus, amiſſo regno, equo præcipitaius

Antiochusela-
bitur.


finitur

finitur: sic fratres quasi germanis casibus, exules
ambo, post regna scelerum suorum pœnas luerunt.

Iustini Lib. XXVIII.

Qlympias Pyrrhi Epirotæ regis filia,
amissæ marito, eodemque germano
fratre Alexandro, cum tutelam filio-
rum ex eo susceptorum Pyrrhi &
Ptolemai, regnique administrationem in se rece-
pisset, Aetolis partem Acarnaniam, quam in por-
tionem belli *mater pupillorum acceperat, eripere *pater
volentibus, ad regem Macedoniae Demetrium de-
currit: eique habenti uxorem Antiochi regis Sy-
rie sororem, filiam suam *Phthiam in matrimo-
nium tradidit: ut auxilium quod misericordia non
poterat, iure cognationis obtineret. Fiunt igitur
nuptiae, quibus & noui matrimonij gratia acqui-
ritur, & veteris offensa contrahitur. Nam prior
uxor velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fra-
trem Antiochum discedit, eumque in mariti bel-
lum impellit. Acarnanes quoque diffisi Epirotis,
aduersus Aetolos auxilium Romanorum implor-
rantes, obtinuerunt à Romano senatu, ut legati
mitterentur, qui denuntiareret Aetolis, praesidia ab
urbibus Acarnaniae deducerent: patarenturque
esse liberos, qui soli quondam aduersus Troianos, li
autores originis sue auxilia Gracis non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum superbè au-
dierunt. Pœnos illis & Gallos, à quibus tot bellis
vexati, toties occidente sint casi, exprobrantes, di-
centesque, Pruis illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas, quas clauserit motus Punicorum
belli, quam in Graciam arma transferenda. Me-
minisse deinde iubent, quibus minentur: aduer-
sus Gallos urbem suam eos tueri non potuisse, ea

Acarnanes so-
llicita non mi-
serere.



ptamque non ferro defendisse, sed auro redemisse.
 Quam gentem se aliquanto maiori manu Græciam ingressam, non solum nullis externis viribus
 sed ne domesticis quidem teclis adiutos, uniuersam delesse, sed emque sepulchris eorum præbuuisse,
 quam illi viribus, imperioque suo proposuerant.
 Contra Italiam, trepidis ex recenti urbus sua incendio Romanis, uniuersam ferme à Gallis occupatam.
 Prius igitur illis Gallos Italia pellendos,
 quam minentur Aetoli: priusque sua defendenda, quam aliena defendi appetenda. Quos autem
 homines Romanus esse? nempe pastores, qui la-

Sabinas intel-
ligit Liuius I.
ab urbe cōd.

Fraterno pri-
ni inaduerūt
sanguine mu-
ri. Lucanus.

trocinio iustis dominis ademptum solum teneant:
 qui uxores cum propter originis dehonestamen-
 ta nec inuenirent, vi publica rapuerint: qui de-
 nique urbem suam parricidio condiderint, mure-
 rumque fundamenta sanguine asperserint. Aeto-
 los autem principes Græcia & semper fuisse: & si-
 cut dignitate, ita & virtute cateris præstissime, so-
 los denique esse, qui Macedonas imperio terrarum
 florētes semper contempserint, qui Philippum re-
 gem non timuerint, qui Alexiadri magni post Per-
 sas Indosque deuictos, cum omnes nomen eius horre-
 rent, edicta spreuerint. Monere igitur se Romanos,
 contenti sint fortuna præsenii, nec prouocent arma,
 quibus & Gallos casos, & Macedonas contempsos
 videant. Sic dimissa legatione Romanorum, ne for-
 tius loquuti, quam fecisse viderentur, fines Epi-
 ri regni Acarnaniae depopulantur. Iam Olympias
 filius regna tradiderat, & in locum Pyrrhi fra-
 tris defuncti, Ptolemaeus successerat: qui cum ho-
 stibus instructo exercitu obuius processisset, infir-
 mitate correptus, in itinere decedit. Olympias quo-
 que non magno pest tempore, gemino funerum vul-
 nere afflita, * agrum spiritum trahens, non diu
 filij

filijs superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis
 virgo cum Laodomia sorore superessent. Nereis
 nubit Geloni Sicilia regis filio: Laodomia autem
 cum in aram Diana confugisset, concursu populi
 interficitur. Quod facinus dñ immortales aſiduū
 cladibus gentis, & propè interitu totius populi
 vindicauerunt. Nam sterilitatem famēmque paſ-
 si, & intestina discordia vexati, externis ad pe-
 ſerum bellis penè consumpti sunt: Miloque
 Laodomia percussor in furorem versus, nunc ferro,
 nunc faxe, in summa, dentibus laceratis visceri-
 bus, XII. die interiit. His in Epiro gestis, inte-
 rim in Macedonia Demetrius rex, relicto filio
 Philippo parvulo admodum, decedit. Cui Anti-
 gonus tutor datus, accepta in matrimonium ma-
 tre pupilli, regem se constituere laborat. Interie-
 ño deinde tempore, cum seditione minaci Macedo-
 num clausus in regia teneretur, in publicum sine
 satellitibus procedit, proiectoque in vulgus diade-
 mate ac purpura, dare hac eos alteri iubet, qui
 aut imperare illis sciat, aut cui parere ipſi sciant:
 se adhuc inuidiosum illud regnum, non voluptati-
 bus, sed laboribus ac periculis sentire: commemo-
 rat deinde beneficia sua, ut defectionem socrorum
 vindicauerit, ut Vardanos Thessalosque exultan-
 tes morte Demetrij regis cōpescuerit, ut denique
 dignitatem Macedonum non ſolum defendeat,
 verum etiam auxerit. Quorum ſi illos pœnitentia
 deponere imperium, & reddere illi murus ſuum,
 ipſi regem querant, cui imperet. Cum populus fu-
 dore motus, recipere eum regnum iuberet, tandem
 recufauit, donec ſeditionis autores suppicio irade-
 rentur. Post hæc bellum Spartanus infert, qui ſo-
 li Philippi Alexandri que bellis, & imperium
 Macedonum, & omnibus metuenda arma con-

tempserunt. Inter duas nobilissimas gentes bellum summis utrinque viribus fuit. Quum hi pro vetera Macedonum gloria, illi non solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent. Victi Lacedamony, non ipsi tantum, sed etiam eoniuges, liberique, magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit, nulla amissum conjugem fleuit: filiorum mortem senes laudabant, patribus in acie casis filij gratulabantur: suā vicē omnes dolebant, quod non ipsi pro patria libertate cecidissent. Parentes omnes domibus

* videtur lecios excipiebant, vulneratos curabant, * lapsos regendum luficiebant. Inter hæc nullus in urbe strepitus, nulla vox aut lu-trepidatio: magis omnes publicam, quam priuatum fortunam lugebant. Inter hæc Cleomenes rex

post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruce madens, superuenit: Ingressusque urbem, non humili consedit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus deposuit: sed acclavis parieti, cum quatuor milia sola ex pugna superfuisse conspexisset, ihortatur, ut se ad meliora Reipublicæ tempora reseruaret. Tum cum coniuge & liberis Aegyptum ad Ptolemaeum proficiscitur: à quo honorifice suscepitus, diu in summa dignitate regis vixit. Postremò post Ptolemai mortem, à filio eius cum omni familia interficitur. Antigonus autem, casis occisione Spartanis fortunam tantæ urbis miseratus, à direptione milites prohibuit, veniamque his qui superfluerant dedit, prefatus bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse: cuius fuga omnis ira eius finita sit, nec minori sibi gloria fore, si ab eo

* perderetur seruata Lacedamonia sit, quam si capti prode-retur. Parcere igitur se solo urbis ac rectis, quoniam homines quibus parceret, non superfluisserent.

Nec

Nec multo post ipse decedit, regnumque Philip-
po annos XIIII. nato tradidit.

Iustini Lib. XXIX.

Eisdem ferme temporibus prope uniuersi
orbis imperia, noua regum successione
mutata sunt. Nam in Macedonia Phi-
lippus mortuo Antigono tutore, eodemq;
vitrico, quatuordecim annorum regnum suscep-
pit, & in Asia interfecto Seleuco, impubes adhuc
rex Antiochus constitutus est. Cappadocia re-
gnum quoque Ariarathi puero admodum pater
ipse traxiderat: Aegyptum patre ac matre in Philopater
terfectis, occupauerat Ptolemaeus, cui ex facinoriis ironiam di-
crimine, cognomenum Philopater, ex contrario eius,
fuit. Sed Spartani in locum Cleomenis suffecerunt
Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset,
apud Carthaginem etate adhuc immatura dux
Annibal constituitur, non penuria seniorum, sed
odio Romanorum, quo imbutum eum a pueritia
sciebant: Fatale non tam Romanus, quam ipse
Africæ malum. His regibus pueris, licet nulli se-
nioris etatis rectores erant, tamen in suorum, qui-
busque maiorum vestigia intentus magna inдо-
les virtutis emicuit. Solus Ptolemaeus secessus fu-
cit in occupando regno, ita & segnis in admini-
strando fuit. Philippum Dardani, caterique fini-
timi populi, quibus velut immortale odium cum
Macedonum regibus erat, contemptu etatis as-
diue laceassebant: Contra ille summiotis hostibus,
non contentus sua defendisse, etiam Aetolis bel-
lum inferre gestiebat. Quæ agitantem illum De- *populi
metrius rex Illyriorum, nuper à * Paulo Ro. con-
sule vicitus, supplicibus precibus aggreditur, iniu-
riam Romanorum querens, qui non contenti Ita-

Leuinus de liae terminis, imperium sive improba totius orbis his omnibus amplexi, bellum cum omnibus regibus gerant: sic triumphavit Florus.

illos Siciliae, sic Sardiniae, Hispaniaeque, sic deinde totius Africæ imperium affectantes, bellum cum Pœnus & Annibale suscepisse, sibi quoque non aliam ob causam quam quod Italiae finitimus videbatur, bellum illatum: quasi nefas esset, aliquem regem iuxta imperij eorum terminos esse: sed & ipsi cauendum esse exemplum, cuius quarto propius nobiliusque sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cedere se illi regno, quod Romani occupauerint, profiteretur: gratias habiturus, si in possessionem imperii sui socium potius, quam hostem videret. Huiusmodi oratione impulit Philippum, ut omissis Aetolis, bellum Romanis inferret, minus negoti existimantem, quod iam victos ab Annibale apud Thrasimenum lacum audierat. Itaque ne multis bellis eodem tempore grauaretur, pacem cum Aetolis facit, non quasi alio bellum translaturus, sed ut Gracia quieti consulturus, quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem consurgentibus ab Occidente nouis Pœnorum & Romanorum imperijs, quibus una haec à Gracia & Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperii faciunt, ceterum statim victoribus transi-

Tertiū id ful- tum in Orientem fore. Videre se itaque ait con- men Anniba- surgentem in Italia nubem illā, trucis & cruenti lis fuit. Flor. belle: videre tonantem ac fulminantem ab Occa- su procellam, quam in quascunque terrarū par- tes victoria tempestas detulerit, magna crux imbre omnia fœdaturam. Frequenter Graciā in genteis motus passam, nunc Persarum, nunc Gallo- rum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa tu- dum fuisse existimaturos, si ea qua nunc in Ita- lia

lia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se quam cruenta & sanguinaria inter se bella virique populi & viribus copiarum, & ducum artibus gerant: quae rabies solo finiri partu alterius interitu, sine ruina finitimerū non posset. Feros igitur animos victorum minus quidem Macedonis, quam Gracia timendos: quia & remotior, & in vindictam sui robustior sit. scire tamen se eos qui tantis viribus concurrant, non contentus hoc sine victoria fore: metuendumque sibi quoque certamen eorum, qui superiores extiterint. Hoc prætextu finito cum Aetoliis bello, nihil aliud quam Pœnorum Romanorumque bella respiciens, singulorum vires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in cœruiibus erant, soluti metu Macedonicis videbantur: nam terrebat eos & vetus Macedonum virtus, & deuicti Orientis gloria, & Phillipus studio Alexandri enulationis incensus, quem promptum ad bella, industriumque cognouerant. Igitur Phillipus cū iterato prælio victos à Pœnus Romanos didicisset, aperte hostē se his professus, naues quibus in Italiam exercitum traiiceret, fabricare cœpit. Legatum deinde ad Annibale iungenda societas gratia cum epistolis mittit: qui comprehensus, & ad senatum productus, in columnis dimissus est, non in honorem regis, sed ne dubius adhuc, indubitate hostis redderetur. Postea vero cū Romanus numeratum esset in Italiani Phillipum copias tructurum, * Leuinū prætorem cū instructus nauibus ad * Valerium prohibendum transitū mittunt. Qui cū in Graciā venisset, promissu multū impulit Aetolos bellum aduersus Phillipum suscipere. Phillipus quoque Aetolos in Romanorum bella solicitat. Interea & Dardani Macedonia fines vastare cœperunt: abdu-
 etisque

Etisque x x. millibus captiuorum, Philippū à Romano bello ad tuendum regnū reuocauerūt. Dum hæc aguntur, Leuinus prætor, inita cū Attalo regge societate, Graciā populatur. Quibus cladibus perculta ciuitates, auxilium petentes, Philippum legationibus fatigant, necnon & Illyriorum reges lateri eius harentes, aſdiuis precibus promissa exigeabant. Super hæc vastati Macedones, ultionem flagitabant. Quibus tot tantisque obſeffus rebus, cui rei primo occurreret, ambigebat: omnibus tamen propediem auxilia ſe missurum pollicetur, non quia facere posset, quæ promittebat, ſed ut ſe impletos, in societatis iure retineret. Prima ramē illi expeditio aduersus Dardanos fuit: qui absentiā eius aucupantes, maiore belli mole Macedonia imminebāt. Cum Romanis quoque pacem facit, contentus interim bellum Macedonicum diſtuliffe: Philopæmeni Achæorum duci, quem Romanos, ſociorumque animos ſolicitare didicerat, inſidias prætēdit. Quibus ille cognitus, vitarisque, diſcedere ab eo Achæos autoritate ſua coēgit.

Iustini Lib. XXX.

Philippo in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemei in Aegypto diuerſi mores erant. Nam regno parricidio obtentio, & ad necem utriusque parentis cede etiam fratri adiuncta, veluti rebus feliciter gestis luxuria ſeſe tradiderat, regis qui mores omnis ſequuta regio erat. Itaque non amici tantū, præfectique, verumetia omnis exercitus depositis militæ ſtudij, ocio ac desidia corrupti marcebant. Quibus rebus cognitus, Antiochus rex Syria, veteri inter ſe regnorum odio stimulante, repentina bello multas urbes eius oppreſſit, ipsamq; Aegyptum

ptum aggreditur. Trepidat igitur Ptolemaeus, &
 per legationes quoisque vires paret, rogat mora-
 ri Antiochum. Magno deinde in Gracia exerci-
 tu conducto, secundum prælium facit: spolia sibi que
 regno Antiochum, si fortunam virtute iuuisset.
 Contentus recuperatione urbium, quas amiserat,
 factaque pace, auidè materiam quietis arripuit:
 reuolutusque in luxuriam, occisa Eurydice uxo-
 re, eadémque sorore sua, Agathocleæ meretricis
 illecebris capitur. Atque ita omni magnitudine
 nominis, ac maiestatis oblitus noctes in stupris, dies
 in coniuicj consumit. Adduntur INSTRU-
 MENTA LVXVRIA ET TIMPANA ET
 TRIPVDA: nec iam spectator rex, sed magi-
 ster nequitiae, neruorum oblectamenta modulatur.
 Hæc primò labentis regiæ tacita pestis, & occulta
 mala fuere. Deinde crescente licentia, iam nec pa-
 rietibus regiæ domus contineri meretricis audacia
 potest: quam proteriorem, sociata cum Agatho-
 cle fratre ambitiosa pulchritudinis scorno, quoti-
 diana regis stupra faciebant. Accedebat & ma-
 ter Euane, qua gemina sobolis illecebris deui-
 sum regē tenebat. Itaque non contenta rege, iam
 etiam regnum possident, iam in publico visuntur,
 iam salutantur, iam comitantur. Agathocles re-
 gis lateri iunctus, ciuitatem regebat: tribuna-
 tus, praefecturas, & ducauit mulieres ordinabant:
 nec quisquam in regno suo minus, quam ipse rex
 poterat, cùm interim relicto quinquenni ex Eury-
 dice sorore filio, moritur: sed mors eius, dum pecu-
 niā regiam mulieres rapiunt, & imperium inita
 cum perditissimis societate occupare conantur, diu
 occultata fuit: Re tamen cognita, concursu multi-
 tudinis Agathocles occiditur, & mulieres in ul-
 tionem Eurydices patibulis suffiguntur. Morte re-
 gis,



gis, supplicio meretricum velut expiatæ regni infamia, legatos Alexandrinū ad Romanos miserunt, orantes, ut tutelā pupilli susciperent, tuerenturque regnum Aegypti, quod iam Philippum & Antiochum, facta inter se pactione, diuissimē dicebant. Grata legatis Romanis fuit, causam belli quærenzib⁹ aduersus Philippum, qui insidias us eis temporibus Punici belli fuerat. Huc accedebat, quod Pœnus & Annibale superato, nullius magis arma metuebant, reputantibus quantum metum Pyrrhus parua manu Macedonum in Italia fecisset, quantasque res Macedones in Oriente gesſissent. Mittuntur igitur legati, qui Antiocho & Philippo, ut à regno Aegypti abstineant, nuncient. Mittitur & M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Dum hæc aguntur, interim legati Attali regis Pergami, & Rhodiorum iniurias Philippi regi querentes, Romam venerunt: Quæ res omnem cunctationem Macedonici belli senatui exemit. Statim prætexiu ferendi auxili⁹ socijs, bellum aduersus Philippum decernitur, legionesque cum consule in Macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore, tota Græcia fiducia Romanorum, aduersus Philippum, spe pristinæ libertatis erecta, bellum ei intulit: atque ita cum rex undique virgeretur, pacem petere compellitur. Deinde cum expeditæ conditiones pacis à Romanis essent, repetere sua Attalus, & Rhodij, & Achai, & Aetoli cœperæ. Contrà Philippus adduci se posse, ut Romanis pareat, concedebat. Ceterum indignum esse, Græcos à Philippo & Alexandro maioribus suis viatos, & sub iugum Macedonici imperij subactos, velut victores leges pacis sibi dicere, quibus prius fit ratio seruitutis reddenda, quam libertas non vendit.

vendicanda. Ad postremum tamē eo petente, in-
 ductae duorum mensium sunt datae, ut pax quæ in
 Macedonia non conueniebat, Roma & Senatu pe-
 teretur. Eodem anno inter insulas Theramenem
 & Therasiam medio utriusque ripa & maris
 spatio, terræmotus fuit. In quo cum admiratione
 nauigantium, repente ex profundo cum calidis
 aquis insula emersit. In Asia vero eodem die mo-
 tus terra Rhodū multasque alias ciuitates gra-
 ni ruinarum mole concusit: quasdam solidas ab-
 sorbut. Quo prodigio territis omnibus, vates ceci-
 nere, Oriens Romanorum imperium, vetus Gra-
 corum ac Macedonum voraturum Interim à se-
 natu repudiata pace, Philippus in societatem bel-
 li. Nabym tyrannum sollicitat. Atque ita cum * Alij les
 in aciem exercitum instructis è diuerso hostibus gunt Ona-
 produxit se, hortari suos coepit, referendo Persas, bin: fuit is
 Bactros, Indosque, & omnem Asiam Orientis si- Tyranus La-
 ne à Macedonibus perdomitam, tantoque fortius cedamonia -
 hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit li- rum. Plus.
 vertas imperio clarior. Sed & Flaminius Roma-
 norum consul, relatione rerum recentissime gesta-
 rum, suos stimulabat in prælium, ostendendo hinc
 Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam & Hi-
 spaniam Romana virtute perdomitas: nec An-
 nibalem Alexandro quidem Magno postponen-
 dum, quo Italia pulso, Africam ipsam tertiam
 partem mundi superauerint. Sed nec Macedo-
 nas veteri fama, sed præsentibus viribus * existi-
 mandos: quia non cum Alexandro magno, quem dos
 inuictum audierant, nec cum exercitu eius, qui to-
 rum Orientem deuicerat, bellum gerant: sed cum
 Philippo puero immatura etatis, qui regni termi- * Alij, ita
 nos aduersus finitimos ægrè defendat: & cum his ut pridem
 Macedonibus, qui non * ita pridem præda Darda- fuerunt

nus fuerunt. Illos maiorum decora, Romanos se suorumque militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem & Pænos, & totum ferme Occidentem, sed his ipsis, quos in acie habebat, nimiribus subactos. His adhortationibus utrinque concitati milites, prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes, ferentesque in bellum alijs maiorum suorum antiquam & obsoletam gloriam, alijs virentem recentibus experimentis virtutis florem. Sed Macedonas Romana fortuna vicit. fractus itaque bello Philippus, pace à Flaminio consule petita nomine quidem

* Gracia regium retinuit. sed omnibus * Thracia & urbibus, Aerolorum velut regni membris extra terminos antiqua posse Thoas dux sessionis amissis, solā Macedoniam retinuit. Offensus impulit An-tamen Aeroli quod non ex arbitrio eorum, Mace-tiochum. donia quoque adempta regi, & data sibi in præ-mium belli esset, legatos ad Antiochum * mittunt, * Ad Apel qui cum adulazione magnitudinis, in Romana loniam nobella, spe societatis uniuersæ Gracie impellerent. Eturno præ-llo. Flor.

Iustini Lib. XXXI.

Mortuo Ptolemeo Philopatre rege Aegypti, contemptaque parvuli filii eius atate, qui in spem etiam regni relictus, preda domesticus erat. Antiochus rex Syria occupare Aegyptum statuit. Itaque Phœnicem, ceterasque Syriae quidem, sed iuris Aegypti ciuitates cum inuassisset, legatos ad eum senatus mittit, qui denunciarent ei, abstineret à regno pupilli, postremis patris precibus, fidei sua traditi. Quibus spretis, intericto tempore alia legatio superuenit, quæ omissa pupilli persona, ciuitates iure belli factas populi Rem. in integrum restitui iubebat. Abnuenti, bellum denunciatur:

nunciatur: quod ille facile suscepsum, infeliciter
 ageret. Eodem tempore & Nabys tyranus multas
 Graeciae ciuitates occupauerat. Igitur senatus,
 ne eodem tempore duplice bello Romanae vires de-
 tinerentur, scripsit Flamino, si ei videatur, sicut
 Macedoniam a Philippo, ita Graeciam a Na-
 byde liberaret. Ob quam causam imperium ei pro-
 rogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum
 Annibalis nomen faciebat, quens amuli eius oc-
 cultus mandatus, cum Antiocho iniisi societatem
 apud Romanos criminabatur: negantes eum a-
 quo animo, sub legibus vinere assuetum, imperio,
 & immoderata lucentia militare, semperque ræ-
 die quietis urbanæ nouas bellum causas circumsticere:
 quæ eis faſa nunciata fuſſent, apud timentes
 tamen pro veris habebantur. Demque senatus
 metu perculsus, ad speculatoros actus Annibalus,
 legatum in Africam Seruiliū mutuit, eique ta-
 cuis mandatis præcipit, ut si posset, eum per amu-
 los eius interficeret, metuque iniisi nonanis, tan-
 dem populum Romanum liberaret. Sed res Ami-
 balem non diu latuit, virum ad proſpicienda ca-
 uendaque pericula periculum nec minus in secundis
 aduersa, quam in aduersis secunda coguantem.
 Igitur cum tota die in oculis principum legati que
 Romani in foro Carthaginierum obversatus in
 supremum fuſſerit, appropinquante vespere, et quam
 conſcendit, & rus urbanum, quod prope littus
 mari habebat, ignarus seruu, usq[ue] ad portam
 diuertentem opperiri, contendit. Habebat ibi na-
 ues cum remigibus occulio ſi in littoris abſcondi-
 tas. Erat etiam grandis pecunia in eo agro pre-
 parata, ut cum res exagiſſerit, nec facultas fugam,
 nec inopia mactaretur. Letta igitur seruorum in-
 tuitute, quarum copiam Italicorum captiuorum

numerus augebat, nauem concidit, cursumque
 ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitas prin-
 pretorem habet Liui Dec. peccabat. Quem ut profectum nunciatum est, non
 4.lib.3.
 aliter quam si urbs capta esset, omnes trepidaque-
 re, exitiosamq; sibi fugam eius ominati sunt. Le-
 gatus vero Romanus quasi bellum iam illatum
 Italia ab Annibale esset, tacitus Romanum reuer-
 tur, trepidumque nuncium r. fert. Interim Fla-
 minius in Graecia iuncta cum quibusdam ciuita-
 tibus societate, Nabydem tyrannum duobus con-
 tinuis preljs subegit: & grauiter fractum velut
 exanguem in regno reliquit. Sed libertate Graeciae
 restituta, reductus ab urbibus praesidijs, cum Ro-
 manus exercitus in Italiam reportatus esset, ve-
 lut vacua rursus professione solicitatus, multas ci-
 uitates repentina bello inuasit. Quibus rebus ex-
 territi Achai, ne vicinum malum etiam ad se
 ferperet, bellum aduersus Nabydem decernunt,
 ducemque pretorem suum Philopærenem, insi-
 gnis industria virum, constituant, cuius in eo bel-
 lo tanta virtus eniuit, ut opinione omnium com-
 pararetur Flaminio Romano Imperatori. Eodem
 tempore Annibal cum ad Antiochum peruenis-
 set, velut deorum munus excipitur: tantusque
 Alij, animi eius aduentu ardor * animi regis accessit, ut non
 nisi accessit tam de bello, quam de premis victoriae cogita-
 ret. Sed Annibal, cui nota Romana virtus erat,
 negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse.
 Ad hoc sibi centum naues, & decem millia pedi-
 sum, & mille equites poscebat: promittens hac
 manu non minus bellum, quam gesserit, Italie
 restauraturum: & in Asiam regi sedentis, aut
 victoriam de Romanis, aut aquas pactis condic-
 tes relaturum. Quippe & Hispanis bello flagran-
 tibus,

tibus, ducem tantum deesse: & Italiam notiorensi
sibi nunc, qui im pridem fuisse: sed nec Carthagin-
em quieturam, sociamque se ei sine mora præ-
bituram. Cum regi consilia placuerint, mutatur
Carthaginem unus ex comitibus Annibalis, qui
in bellum cupidos habitetur, Annibalemque cum
copijs affuturum nuntiet: nihil licet partibus, nisi
animos Carthaginensium deesse: Asiam & vires
belli, & sumptum præbituram. Hec cum relata
Carthaginem effent, nuntius ipse ab inimico An-
nibal is comprehenditur: & perductus in senatum, inimicus Car-
thaginiensium interrogaretur, ad quem missus esset, Tuni-
co ingento responderet se id uniuersum senatum mis-
sum: Nec enim hoc opus singulorum, sed univer-
serum esset. Dum multis diebus deliberant, an eum

Hannone ias-
teligit, qui
inimicus Car-
thaginiensium
erat. Piu-
tar, in Annibale.

Romam ad purgandam publicam conscientiam
mittant, tacitus consensa nave ad Annibalem
revertitur: quo cognito, Carthaginenses statim
Romam legatum deferunt. Romani quoque ad
Antiochum legatos misere, qui sub specie legatio-
nis, & regis apparatum specularentur, & Anni-
balem aut Romanus mingarent, aut a siduo collo-
quio suspectum iniuriam regi facerent. Itaq; le-
gati cum Ephesi conuenissent ad Antiochum, man-
data ei senatus tradunt. Dum responsum expe-
ctant, omnibus diebus a sidui cum Annibale fue-
runt: dicentes, timide eum à patria recepisse, cum
pacem Romani non eam cum Republica, quam
cum eo factam summa fide custodiant: nec bella
eum Romanorum magis odii, quam patriæ amo-
re gesisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse
debeat. Has enim publicas inter populos, non pri-
uatas inter duces bella di causas esse, inde res ge-
stas eius laudare, quorum sermone latus, sapientia
cupidiusque cum legatis colloquitur, ignorans quod

pro familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam asiduo colloquio, reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicut solebat referre, expertemque totius consilij, veluti hostem preditorem suum, odisse cœpit. Quæ res tantum apparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupti. Senatus mandata fuerant, ut contentus terminus Asiae esset, ne ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret. Quibus spretis, non accipiendum bellum statuit, sed inferendum. Dicitur quum frequenter de bello consilium habuisset, remoto Annibale, tandem eum vocari iussisse, non ut ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum spretuisse videretur: omnibusque perrogatus, postremum interrogasse. Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum: tamen & odio Romanorum, & amore regis, apud quem solum tutum sibi exilium relictum sit, se viam gerendi belli edissertum. Veniam deinde libertatis deprecatus est: nihil se aut consiliorum, aut cœptorum probare ait: nec sedem belli Graeciam sibi placere, cum Italia uberior materia sit: Quippe Romanos Vinci non nisi armis suis posse: nec Italiam aliter, quam Italici viribus subigi: Siquidem diuersum ceteris mortalibus esse illud & belli genus, & hominum. Alijs bello plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci, temporisque, agros diripiisse, urbes alias expugnasse: cum Romano seu occupauerit prior aliqua, seu vicerit, tum etiam cum victo & iacente luctandum est. Quamobrem si quis eos in Italia lacesierit, suis eos opibus, suis viribus, suis
 * vincis armis posse * vincere, sive ipse fecerit. Sin vero quis

quis illis Italia velut fonte virium cesserit: * pro- * perinde
 inde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium pri-
 mordijs deriuare, sed concretis iam aquarum mo-
 libus auertere vel exiccare velit. Hoc & secreto
 se censuisse, ultróque ministerium consilij sui ob-
 tulisse: & nunc präsentibus amicis ideo repetisse,
 ut scirent omnes rationem cum Romanis gerendai
 belli, eosque foris iniustos, domi fragiles esse: Prius
 namque eos urbe quam impereo, prius Italia
 quam prouincijs exui posse: Quippe & à Gallis cap-
 tos, & à se propè deletos esse: neque se unquam
 victum prius, quam terrae eorum cesserit. Reuer-
 so Carthaginem, statim cum loco fortunam belli
 mutatam. Huic sententia obtrectatores amici re-
 gis erant: non utilitatem rei cogitantes, sed veren-
 tes ne probato consilio eius, primum apud regem
 locum gratiae occuparet. At Antiocho non tam
 consilium, quam autor displicebat, ne gloria vi-
 ctoriae Annibalis, non sua esset. Omnia igitur va-
 riijs assentationum adulacionibus corrumpeban-
 tur: nihil consilio vel ratione agebatur. Rex ipse
 per hyemem in luxuriam lapsus, nouis quoridie nu-
 ptijs deditus erat. Contrà Atilius Romanus con-
 sul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma,
 ceteraque bello necessaria, summa industria pa-
 rabat, ciuitates socias confirmabat, dubias illicie-
 bat: nec alius exitus belli, quam apparatus virius
 que partis fuit. Itaque prima belli congresione,
 cum cedentes suos rex cerneret, non laborantibus
 auxilium tulit, sed fugientibus se ducem præbuit,
 castraq; ditia victoribus reliquit. Deinde cum in
 Asiam præda Romanus occupari fugiendo perue-
 nisset, pœnitere negleci consilij cœpit, reuocatique
 in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius
 agere velle dicit. Interim nuntiatur ei Liuius

Ad Thermo-
pylas edita
pugna.

*Menenium *Neuium Romanum ducem cum octoginta rostratis nauibus in bellum navale a senatu missum, aduentare: quæ res illi restituenda fortuna spem dedit. Itaque priusquam sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptam, noua posse victoria aboleri. Annibali igitur tradita classe prælium committitur: sed nec Afiani milites Romanis, neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere: minor tamen clades ducis solertia fuit. Romam nondum opinio victoria venerat, & idcirco in Consulibus creandis suspensa ciuitas erat. Sed aduersus Annibalem ducem quis melior quam Africani frater crearetur, cum vincere Pœnos opus Scipionum sit? Creatur igitur Consul* Publius Scipio, eiq; datur legatus frater Africanus ut intellegiret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale victo, quam Romanos in victore Scipione habere. Trajicentibus in Asiam Scipioni- bus exercitum, iam utroque profligatum bellum

Aegrotabat nuntiatum est, victumque Antiochum terrestri, pater Eleæ. Annibalem nauali bello inuenierunt. Primo igitur aduentu eorum, legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium, quem rex parvo nauigio trajicentem ceperat. Sed Africenus priuata beneficia à rebus publicis segregata dixit, aliag; esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantum, verum etiam vita ipsi præponantur: proinde gratum se munus accipere, priuatoque impendo munificentia regis responsurum. Quod ad bellum pa- cemque pertineat, nihil neque gratia dari, neq; de-

*decedi iure patriæ*decidi posse, respondit. Nam neque de redimendo filio unquam tractauit, nec senatum de eo agere permisit, sed ut dignum maiestate esse erat.

erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc
leges pacis dicuntur, ut Asia Romanis cederet, sicut & alii
contentus Syria regno esset, naues universas, capiti cōditiones a-
uos, & trans fugas traderet, sumptūmque omnem pud aut non
paulo durior-
belli Romanis restitueret. Quæ cum nūtiata An-
res.

riocho essent, nondum ita victum se esse respondit.
ut spoliari se regno pateretur, bellique ea irrita-
menta, non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab
utroque bellum pararetur, & ingressi Asiam
Romani Ilion venissent, mutua gratulatio Ilie-
nium ac Romanorum fuit. Ilensibus Aeneam, ca-
terosque duces à se profectos, Romanus se ab his
procreatos referentibus. Tantiāque laritia omnium
fuit, quanta esse post longum tempus inter paren-
tes & liberos solet. Iuuabat Ilenses, nepotes suos,
Occidente & Africa domita, Asiam ut auctura
regnum vendicare, optabilem Troja ruinam suis-
se dicentes, ut tam feliciter renasceretur: Contrà
Romanos, auctos lares, & incunabula maiorum,
tempisque ac Deorum simulacra, inexplicable de-
siderium videndi tenebat. Profectis ab Ilio Ro-
manus, Eumeus rex cum auxilijs Romanus occur-
rit: nec multo post prælium est cum Antiocho com-
missum. Cum in dexteriore cornu pulsa legio Ro-
mana, maiore dedecore, quam periculo ad castra
fugeret, M. Aemilius * tribunus militum ad tu- * Alij triginta
zelam castrorum relictus, armare se milites suos, ta millibus
& extra valum progrediveret, strictusq; gladijs relictus.
fugientibus minari, morituros dicens, nisi in præ-
lium reuertantur, infestioraque sua, quam ho-
stium castra inuenturos. Attonita tanto pericu-
lo legio, comitabantur commilitonibus, qui fugere
eos prohibuerant, in prælium reuertitur, magna
que cade edita, initiu victoriae fuit. Cesa hostium
quinquaginta millia, capita x l. millia. An-

tiocho pacem petenti, nihil ad superiores conditio-
nes nes additum, Africano prædicante, NE Q V E
pacis cū An- R O M A N I S, SI V I N C A N T V R,
tiocho vide apud Linium ANIMOS MINVI: NE Q V E SI
Dec.4.lib.8. V I N C A N T, S E C V N D I S R E B V S
I N S O L E S C E R E. Captas igitur ciuitates

* gloriari inter socios diuiscere, munera Romani aptiorem
* Videtur le * Asiam, quām possēsiones * voluntarii siudican-
gendum vio tes: Quippe victoria gloriam Romano nomini
lētas, aut vo vendicandam, opum luxuriam sociis relinquen-
luptrarias. dam.

Iustini Lib. XXXII.

Aetoli qui Antiochum in bella Roma-
na impulerant, vito eodem, soli aduer-
sus Romanos & viribus impares, &
omni auxilio destituti, remanserant:
Nec multo post vieti libertatem, quam illibatae
aduersus dominationem Atheniensium & Spar-
tanorum, inter tot Græciae ciuitates soli retinue-
rant, ansiferunt. Quæ conditio tanto illis amarior,
quanto senior fuit, reputantibus tempora illa, qui-
bus tantis Persarum opibus, domesticis viribus
restiterant: quibus Gallorum violentiam, Asie,
Italiaq; terribilem Delphico bello fregerant. Quæ
sola gloriofa recordatio maius desiderium liberta-
tis augebat. Dum hac aguntur, medio tempore in-
ter Messenios & Achæos de principatu primò con-
tentio, mox bellum ortum est. In eo nobilis Achæo-

Ad proœcu- rum Philopæmenes imperator capitur: non quia
pandam coro pugnando vitæ parceret, sed dum suos in prælium
nam precepit, reuocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, à mul-
Liuius. Dec.4. titudine hostium oppressus est. Quem iacentem
lib.9. Messenij seu metu virtutis, vel verecundia digni-
tatis, interficere ausi non fuerunt. Itaq; velut in il-
lo om:n

lo omne bellum consecrissent, captiuum per uniuersam ciuitatem, in medum triumphi circunduxerunt, effuso obuiam populo, ac si suus, non hostium imperator aduentaret: nec vittorem Achæi audiens vidissent, quam vittum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, ut omnes contuerentur, quem potuisse capi incredibile singulis videbatur. Deinde in carcerem deducto, verecundia magnitudinis eius, venenum ei dederunt: quod ille latuus ac si viciisset accepit, quæsito prius an * Licorias praefectus Achæorum, quem secundum à se esse scientia rei militari sciebat, incolunt. Plut. mihi effugisset. Quem ut accepit euasisse, non in totum dicens consultum male Achæis, expirauit. Nec multo post, reparato bello, Messenij vincuntur, pœnasq; imperfecti Philopœmenus pependerunt. Inter ea in Syria rex Antiochus cum graui tributo pacis à Romanis premeretur, & vicitus oneratusque esset, seu inopia pecuniae compulsus, seu avaritia solicitatus, qua sperabat se sub specie tributariorum necessitatis excusatius sacrilegia commissurum, exhibito exercitu, nocte rēplum * Dindynæ Louis * Dodonæ aggreditur. Quare prodata, concursu incolarum, cum omni militia interficitur. Roma cum multæ Græcia ciuitates questum de iniurijs Philippi Regis Macedonum venissent, & disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatum miserat, & legatos ciuitatum esset, turba querelarum confusus adolescens, repente obticuit. Tunc senatus verecundia eius motus, qua priuatim etiam antea, cùm obses Romæ esset, charus omnibus fuerat, causam illi donauit: atque ita modestia sua Demetrius veniam patri, non iure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit, quod ipsi decreto senatus si Nonnihil va-

riat Limius
Dec. 4. lib. 9.

gnisicatum est, ut appareret non tam absolutum
 Regem, quam donatum filio patrem. Quae res
 Demetrio non gratiam legationis, sed odium ob-
 trectionis comparavit. Nam apud fratrem Per-
 seum amulatio illi inuidiam contraxit, & apud
 patrem nota absolutionis causa, offensa fuit, indi-
 gnante Philippo, plus momenti apud senatum
 personam filij, quam autoritatem patris, ac di-
 gnitatem regia maiestatis habuisse. Igitur Per-
 seus perspecta patru agritudine, quotidie absen-
 tem Demetrium apud eum criminari, & pri-
 mò inuisum, post etiam suspectum reddere, nunc
 amicitiam Romanorum, nunc proditionem ei pa-
 tris obiectare. Ad postremum insidias sibi ab eo
 paratas confingit, ad cuius rei probationem im-
 mittit indices, testes subornat, & facinus quod
 * admittit obycit, * confirmat. Quibus rebus patre com-
 pulsò ad parricidium, sinestantem regiam
 facit. Occiso Demetrio, sublataque amulo non
 negligentior tantum Perseus in patrem, verum-
 etiam & contumacior erat: nec hæredem regni,
 sed regem se gerebat. His rebus offensus Phi-
 lippus, impatientius in dies mortem Demetry do-
 lebat, tunc & insidias se circumuentum suspicari,
 testes indicésque torquere. Atque ita cognita frau-
 de, non minus scelere Persei, quam innoxia De-
 metry morte cruciabatur, peregrinique ultionem
 nisi morte præuentus esset. Nam breui post tem-
 pore, morbo ex agritudine animi contracto, deces-
 sit, relicto magna belli apparatu aduersus Ro-
 manos: quo pottea Perseus usus est. Nam &
 Gallos Scordiscos ad belli societatem perpule-
 rat: fecisse que Romanus graue bellum, nisi de-
 cessisset. Nanque Galli bello aduersus Delphos
 infeliciter geste, in quo maiorem vim numinis
 quam

quām hostium senserant, amissō Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem vestigia quā venerant, antiquam patriam repitiuere. Ex his pars quādam in corfluente Danubij & Sae confedit. Scordisq[ue] se appellari voluit. Tēt sagi autem cum in antiquam patriam Tolosam venissent, comprehensique p[re]stifera lue essent, non prius sanitatem recuperauere, quām aruspicum responsis moniti, aurum argentūmque bello sacrilegīsque quasitum, in Tolosensem lacum mergerent: Quod omne magno post tempore Capio Romanus consul abstulit. Fuere auri pondo centum decem millia, argenti pondō quinquies decies centum millia. Quod sacrificium causa excidij * Capioni, exercituique * Seruilio eius postea fuit. Romanos quoque Cymbrici bellum tumulus, velut ultor sacra pecuniae insequitus est. Ex gente Teutonorum non mediocris populus præda dulcedine Ilyricum repetiuit, spoliatisque Istris, in Pannonia confedit. Istriorum gentem fama est originem à Colchis ducere, et ifsis ab Acita rige ad Argonautas, raptorēmique filiæ persequendos: qui ut à Ponto intrauerunt Istrum, alueo Sae fluminis penitus inuicti, vestigia Argonautarum insequentes, naues suas humeris per iuga montium usque ad litora Adriatici maris transtulerunt. Cognito quod Argonautae idem propter longitudinem nauis priores fecissent, quos ut adiectos Colchi non reperirent, siue metu regis, siue tædio longæ navigationis, iuxta Aquileiam confedere. Istrisque ex vocabulo amanu, quod à mari concesserant, appellati Daci quaque siboles Getharum sunt, qui cum Olore rege aduersus Bastarnas male pugnassent, ob uitrem scitatur hic locus ab Eras. in proverbio Aurum Tololanum. vide Chil.

nem segnitiae capturi somnum, capita loco pedum
ponere iussu regis rogebantur, ministeriaque uxori-
bus, quæ ipsis ante a fieri solebant, facere. Neque
hæc antè mutata sunt, quam ignominiam bello
acceptam virtute delerent. Igitur Perseus cum
* imperio Philippi patris successisset, omnes has
gentes aduersus Romanos in societatem belli soli-
citabat. Interim inter Prusiam regem, ad quem
Annibal post pacem Antiocho à Romanis da-
tam, profugerat, & Eumenem bellum ortum est,
quod Prusias Annibal's fiducia rupto fædere,
prior intulit. Nanque Annibal, cùm ab Antiocho
Romani inter cæteras conditiones pacis deditio-
nem eius de poscerent, admonitus, à rege in fugam
versus, Cretam deferitur: ubi cùm diu quietam
vitam egisset, inuidi sumq; se propter nimias opes
videret, amphoras plumbo repletas in templo Dia-
næ, quasi fortuna suæ præsidia depesuit: atque ita
nihil de illo solicita ciuitate, quoniam velut pi-
gnus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, au-
ro suo in statu, quas secum portabat infuso, ne
confœcta opes vitæ sue nocerent. Deinde cùm
Prusias terrestri bello ab Eumene vicitus esset,

Huius rei ve-
tustiores an-
commento autor victoriae fuit. Nam omne serpen-
tales nō me-
tinum genus in fictiles lagænas coniuncti iuſſit, me-
minerūt. Plu-
dioq; prælio in naues hostium mittit. Id primum

Ponticus ridiculum visum, fictilibus dimicare, qui
ferro nequeant. Sed ubi serpentibus repleri naues
cœpere, ancipiti periculo circumuenti, hosti victo-
riam cessere. Quæ ubi Rome nunciata sunt, misi
à senatu sunt legati, qui utrumq; regem in pacem
eogerent, Annibalemq; de poscerent. Sed Annibal
re cognita sumpto veneno, legationē morte præue-
nit. Insignis hic annus trium totò orbe maximorum

Imper

Imperatorum fuit mortibus, Annibal, Philo- Mortuus est
pæmenis, & Scipionis Africani. Ex quibus constat Annibal LXXI
Annibalem, nec cum Italia cum Romano tonan- etatis sue an-
no.
tem imperio contremuit, nec cum reuersus Cartha-
ginem summum imperium tenuit, aut cubantem
cœnasse, aut plus sextario vini indulſisse, pudici-
tiāque eum tantam inter tot captivas habuisse,
ut in Africa natum quis negaret. Moderationis
certè eius fuit, ut cum diuersarum gentium exer-
citus rexerit, neque infidīs suorum militum sit
petitus unquam, neque fraude proditus, quin
utrumque hostes ſape tentaffent.

Iustini Lib. XXXIII.

Minore quidem rerum motu Romani Macedonicum, quam Punicum bellum gesserūt: sed tanto clariss, quā-
tio nobilitate Macedones Pœnos an-
teceſſerunt. Nam cum gloria Orientis domiti, tum
auxilijs omnium regum iuuabantur. Itaque Ro-
mani & legiones plures numero conſcriperunt, &
auxilia à Masinissa rege Numidaru, ceterisque * acceperūt.
ſocijs omnibus * acciuerūt: & Eumeni regi Buty-
niae denuntiatū, ut bellū ſummis viribus iuuaret.
Perſeo præter Macedonicum exercitū inuita & opi-
nionis, decennij belli ſumptus à patre paratus, ia-
thesauris, & in horreus erat: quibus rebus inflatus,
& obliuia fortunæ paternæ, veterem Alexandri scribit.
gloriam conſiderare ſuos iubebat. Prima congres-
ſio equitum fuit, qua victor Perſeus ſuſpensam
omnium expectationem in fauorem ſui traxit: mi-
ſit tamen legatos ad conſulem, qui pacem pete-
rent, quam patri ſuo Romani etiam victo dediſ-
ſent, impensas belli lege vieti ſuſcepturus. Sed con-
ſul Sulpitius non minus graues, quam vieto le-
ges dī

O & ingentos
tritici modios
habuisse, Plu-

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

—

Aemilio Pau ges dixit. Dum hæc aguntur, metu tam periculo-
lo bellū Ma si belli, Romani Aemilium Paulum consū em-
cedonicum creant, ique extra ordinem Macedonicum bellum
decernunt: qui cùm ad exercitum venisset, non ma-
gnam moram pugnæ fecit. Pridie quam consere-
iur bellum, luna nocte defecit: ostentum

Lunæ eclipsis. Perseus omnibus præsagientibus, si émique Mac-
edonici regni portendi vaticinantibus. In ea pu-
gna M. Cato, Catonis oratoris filius, dum inter
confertiissimos hostes insigniter dimicat, equo
delapsus pedestre prælium aggreditur. Nam ca-
dente manipulus hostium cum horrido clamore,
velut iacentem obtruncaturus circumsteterat:

M. Ctonis
virtus mira-
bilis. at ille catus corpore collecto, magnas strages edi-
dit. Quum ad unum opprimendum undecunque
hostes conuolarent, dum procerum quendam pe-
tit gladius ei è manu elapsus, in medium cohortem hostium decidit: ad quem recuperan-
dum umbone sè protegens, inspectante utro-
que exercitu, inter hostium mucrones sè immersit,
recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis,
ad socios cum clamore omnium reuertitur. Huius
audaciam cæteri imitati, victoriā preperere. Per-
seus Rex fuga cum decem millibus talentum Sa-
mothraciā defertur: quem Cneus Octavius ad
persequendū missus à consule, cù duabus filiis Ale-
xandro & Philippo, cepit, capiūq; ad consule du-

Euseb. X L. sit. Macedonia à Carano, qui primus in ea regna-
uit, usque ad Persēū trigesinta reges habuit. Quo-
rū sub regno fuit quidē annis noningentis & virgin-
ti tribus: sed rerū non nisi centum nonaginta duo-
bus annis potita. Ita cùm in ditionem Romano-
rum ceßisset, magistratibus per singulas ciuitates
constitutis, libera facta est: legesque, quibus adhuc
vititur, à Paulo accepit: Aetolorum uniuersarum
Urbium

verbium senatus, cum coniugibus & liberis, qui dubia fide fuerant, Romam missus, ibique ne in patria aliquid nouaret, diu detentus: aegreque per multos annos legationibus ciuitatum senatu, facti-
gato in patriam quisque suom remissus est.

Iustini Lib. XXXIIII.

Poenis ac Macedonibus subactis. Aetolorumque viribus principum captiuitate de-
bilitatis, soli adhuc ex Graecia uniuersa
Achaei nimis potentes iunc temporis Romanis videbantur, non propter singularium ciuitatium
nimias opes, sed propter confederationem uniuersarum. Nam Achaei licet per ciuitates veluti per membra diuisi sint, unum tamen corpus & unum imperium
habent singulariumque urbium pericula mutuis*peri-
culis propulsant. Quarerbantur igitur Romanis cau-
sas belli, tempestive fortuna querelas Spartaniorum
obtulit, quorum agros Achaei propter mutuum odium
populabantur. Spartanis a senatu responsum est, le-
gatos se ad inspiciendas res sociorum, & ad iniuri-
am demandam in Graeciam missuros: sed legatis oc-
culte mandata data sunt, ut corpus Achaeorum
diffilueret. singularisque urbes proprij iurus facerent,
quod facilius ad obsequia cogerentur: & si quae ur-
bes contumaces essent, frangerentur. Igitur legati
omnium ciuitatum principibus euocatis Corin-
thum, decretum senatus recitant: quid consilij ha-
beant, aperiunt. Expedire omnibus dicunt, ut sin-
gula ciuitates leges suas & iura sua habeant.
Quod ubi omnibus innotuit, velut in furorem ver-
si, uniuersum peregrinum populum trucidant:
legatos quoque ipsos Romanorum violassent, ni-
si auditio tumultu, trepidi fugissent. Hac ubi Ro-
ma nuntia sunt, statim senatus Mummo confu-
ti bel

Vide florum;

li bellum Achaeicum decernit: qui extēplō exercitu deportato, & omnibus strenue prouisī, pugnandi copiam hostibus fecit. Sed Achai, velut nihil negotij Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. Itaque praedam, non præium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium repertanda duxerunt, & coniuges li-

Sub Iahmi berōsque suis ad spectanda certamina in montibus fauibus p̄tā posuerūt. Sed prælio commissō, ante oculos suorum sum erat. casi, lugubre his spectaculūm sui, & grauem lus-
Etus memoriam reliquerunt. Coniuges quoque &

* **hosti** liberti eorum de spectatoribus captiui facti, præda * hostium fuere. Vrōs ipsa Corinthus dirutus, populus omnis sub corona venditur, ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur. Dum hæc aguntur, rex Syrie Antiochus Ptolemaeo, maioris sororis sua filio, regi Aegypti bellum infert, segni admodum, & quotidiana luxuria ita marcido, ut non solum

* **segnitia regiae** maiestatis officia intermitteret, verū etiam se su horribus minia * sagina careret. Pulsus

Alexandriam igitur regno, ad fratrem minorem Ptolemaeum tum obſide Alexandriam confudit, participatioque cum eo bat Antiochus. Cic. in 8 Anton.

regno, Roman legatos ad senatum mittunt, auxilia petunt, fidem societatis implorant. Monere senatum preces fratribus. Mutatur igitur legatus P. Popilius ad Antiochum, qui abstinere eum Aegypto, aut si iam incessisset, excedere iuberet. Cum in Aegypto eum inuenisset, osculum que ei rex obtulisset, nam coluerat inter cæteros P. Popilius Antiochus, cum Roma obſes effet) iunc Popilius facessere interim priuatam amicitiam inbet, cum mandata patriæ intercedant, prolatoque senatus decreto, & tradito, cum cunctari regem videret, consultationēque ad amicos re- ferre:

ferre: ibi Popilius virga, quam in manu gerebat,
 ample circulo inclusum, ut amicos caperet, consu-
 lere iubet: nec prius inde exire, quam responsum
 senatur daret, aut pacem, aut bellum cum Roma-
 nis habiurum. Adeoque haec asperitas animum
 regis fregit, ut pariturum se senatur responde- Antlochus
 ret. Reuersus in regnum Antiochus, decedit moritur.
 recto paruolo admodum filio: cui cum tutores
 dan à populo essent, patruus eius Demetrius,
 qui obses Roma erat, cognita morte Antio-
 chi fratri, senatum adiit, obfidemque se viuo
 fratre venisse: quo mortuo cuius obses sit, se igno-
 rare. Dimitti igitur se ad regnum petendum
 aquum esse, quod sicuti iure gentium maiori
 fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum at-
 te antecedat, deberi. Cum se non dimitti ani-
 maduerteret, à senatu tacito iudicio tutius
 apud pupillum, quam apud eum regnum fu-
 rum arbitrante, specie venandi ab urbe profectus,
 Hostiam Ty-
 Hostiae tacitus cum fugae comitibus nauem con- berinam in-
 scendit. Delatus in Syriam secundo fauore om- telligit.
 nium excipitur, regnumque ei, occiso pupillo, à tu-
 toribus traditur. Eodem tempore ferme Prusias rex
 Bithynia, consilium capit interficiendi Nicome-
 dis filii, dum consulere studet minoribus filiis, quos
 ex nouerca eius suscepserat, & Roma habebat. Sed
 res adolescenti ab his, qui facinus suscepserant, pro-
 ditur: hortatique sunt, ut crudelitate patru prouo-
 catus, occupet infidas, & in autorem retorqueat
 scelus, nec difficilis persuasio fuit. Igitur cum acci-
 tus in patris regnum venisset, statim rex appellar-
 tur. Prusias regno spoliatus à filio, primatusque
 redditur, & à seruis deseritur: cum in latebris age-
 ret, non minori scelere, quam filium occidi iussferat,
 à filio interficitur.

Iustini Lib. XXXV.

Demetrius occupato Syriae regno, nouitatu sua odium periculose ratus, ampliare fines regni struxit, etiam opes augeare finitimarum bellis. Itaque Ariarathi regi Cappadocia propter fastidiosas sororis nupicias infestus, fratrem eius Holfernem, per iniuriam regni pulsus, supplicem recepit: datumque sibi honestum belli titulum gratulatus, cum restituere in regnum statuit. Sed Holfernes ingrato animo inita cum Antiochenibus pactione, offensus tunc a Demetrio, pellere ipsum regno, a quo restituuebatur consilium accepit: Quo cognito, Demetrius qui dem vita eius, ne Ariaratibus metu fraterni belli liberaretur, pepercit: ipsum autem comprehensum vincitum Seleuciae custoriri iubet. Nec Antiochenses indicio territi, a defectione destiterunt. Itaque adiuuantibus & Ptolemaeo rege Aegypti, & Attalo rege Asiae, & Ariarathe rege Cappadociae, bello a Demetrio lacesitis, subornant Prompatum quendam soris extremam iuuenem, qui Syriam velut parernum regnum armis repeteret: & ne quid contumelie decesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusque ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetry apud omnes erat, ut amulo eius non vires regiae tantum, verum etiam generis nobilitas consenserit suorum omnium tribueretur. Igitur Alexander admirabilis varietate rerum, pristinarum sordium oblitus totius ferme Orientis viribus succinctus, bellum Demetrio infert, vicitque vita pariter ac regno spoliatus: quamquam Demetrio nec animus in propulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugavit, & regibus bellum restituentibus, multa milia cecidit in acie. Ad postrem

Demetrius
vita & regno
spoliatur.

tremum tamen inuicto animo inter confertissimos
hostes fortissime dimicans, cecidit. Initio belli De-
metrius duos filios apud hospitem suum Gnidium,
cum magno auri pondere demandauerat, ut & à
belli periculis eximerentur, & si ita sors tulisset,
ultioni paternae seruarentur. Ex his maior Demet-
rius annos pubertatis egressus, audita Alexandri
luxuria quem insperatae opes, & alienæ felicitatis
ornamenta, velut captiuum inter scortorum gre-
ges desiderem in regia tenebant, auxiliantibus Cre-
tensibus securum, ac nihil hostile metuentem, ag-
reditur. Antiochenes quoque veterem patris of-
fensam noui meritis correcturi, se ei tradunt: sed &
milites paterni fauore iuuenis accensi, priori sacra-
menti religionem noui regis superbiae preferentes,
signa ad Demetrium transferunt: atque ita Ale-
xander non minori impetu fortuna desertus, quam
elatus, primo prælio virtus interficitur: deditque
pœnas & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho,
cuius mentitus originem fuerat.

Iustini Lib. XXXVI.

Recuperato paterno regno Demetrius &
ipse rerum successu corruptus vitijs ado-
lescentiae in segnitiem labitur: tan-
tumque contemptum apud omnes iner-
tie, quantum odium ex superbia pater habue-
rat, contraxit. Itaque cum ab imperio eius pas-
sim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitie
maculam, bellum Parthu inferre statuit: cuius ad
uentum non inuiti Orientis populi videre, &
propter Arsacida regis Parthorum crudelita-
tem, & quod veteri Macedonum imperio, noui po-
puli assueti, superbiam indignè ferebant. Itaque
cum & Persarum, & Elimeorum, Bactriano-

rūmque auxilijs iuuaretur, multis pralijis Par-
Captus Deme thos fudit. Ad postremum tamen pacu simulatio-
trius ludibrio ne deceptus, capitur: traductusque per ora ciuita-
exponitur.

tum, populis qui descuerant, in ludibrium fatoris
ostenditur. Missus deinde in Hircaniam, benignè
& iuxta cultum pristinæ forrtunæ habetur. Dum
haec aguntur, interim in Syria Tripho, qui se iu-
torem Antiocho Demetry priuigno substitui à
populo laborauerat, occiso pupillo regnum Syria
inuadit. Quo diu potitus, tandem exolescente fa-
uore recentis imperij, ab Antiocho puero admo-
dum, Demetry fratre, qui in Asia educabatur,
bello vincitur, rursusque regnum Syriae ad sobol-
em Demetry reuertitur. Igitur Antiochus me-
mor quid etiam pater propter superbiam iniui-
sus, & frater propter segnitiem contemptus fu-
set, ne in eadem via incideret, acceperat in ma-
trimonium Cleopatra, uxore fratris, ciuitates
qua initio fraterni imperij d. fecerant, summa in-
dustria persequitur, domitasque rursus regni ter-
minus adiecit: Iudeos quunque, qui in Macedonico
imperio sub Demetrio potre armis se in libertate
vendicauerant, subigit. Quorum vires tantæ fue-
re, ut post hunc nullum Macedonum regem rule-
Iudeorum morirint, domitasque imperijs usi, Syriam magnis bel-
lis iustificauerint. Fuit namque Iudeus origo Dama-
scena, quæ Syria nobilissima ciuitas est. Unde & à
Syrijs regibus genus ex regina Semiramide fuit.
Nomen urbi a Damasco rege inditum: in cuius
honore, Syrij sepulcrum Aratus uxor eius pro
templo coluere, dicamque exinde sanctissimæ reli-
gionis habent. Post damasicum Abraham, Moses,
Israël, reges fuere. Sed Israelem felix decem filio-
rum prouentus maioribus suis clariorum fuit. Ita-
que populum in decem regna diuisum filijs tradi-
dit, ope

dit, omnesque ex nomine Iude, qui post diuisionem
decesserat, Iudeos appellauit: colique eius memoria
ab omnibus ius sit. *Eius portio omnibus accesserat,* minimusque inter fratres etate Joseph fuit:
cuius excellens ingenium veriti fratres, clam in-
terceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt.
A quibus deportatus in Aegyptum, cum ma-
gicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui
ipsi regi percharus fuit. Nam & prodigiorum
sagacissimus erat, & somniorum primus intelli-
gentiam condidit: nihilque diuini iuris humani-
que ei incognitum videbatur: adeo, ut etiam ster-
ilitatem agrorum ante multos annos prouiderit:
perisseque omnis Aegyptus favre, nisi montu
eius, rex edicto seruari per multos annos fruges
iussisset: tantaque experimenta eius fuerunt, ut
non ab homine, sed a deo responda dari viderentur. *Quam falla-*
Filius eius Moses fuit, quem etiam preter pater-
na scientiae hereditatem formae pulchritudinis com-
mendabat. Sed quum scabiem Aegypti, & pruri-
ginem parentur, responso moniti, eum cum agris,
ne pestis ad plures serperet, terminus Aegypti pel-
*lunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegy-**
ptiorum furto abstulit: quae repetentes armis Ae-
gypti, domum redire tempestantibus compulsi
*sunt. Itaque Moses Damascena patria antiquare **
*petita, montem * Syneum occupat, in quo septem*
dierum ieunio per deserta Arabiae cum populo suo
*fatigatus, cum tandem * venisset, septimum diem **
more gentis SABBATUM appellatum, IN de religio-
OMNE AEVVM IEUVNIO SACRA- sum ludxit.
VIT: Quoniam ille dies famem illis errorisque
finierat. Et quantam metu contagionis pulsos se ab
Aegypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud
incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis commu-

C:
tri
ex

nicarent: quod ex causa factum, paulatim in disceptinam religionemque conuerit. Post Mosen etiam eius filius Aruan sacerdos sacris Aegyptiis, mos rex creatur: semperque exinde hic mos apud Iudeos fuit, ut eosdem, & reges, & sacerdotes haberent: quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coahuere. Opes genti ex veltigalibus opobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est nanque vallis, quae continua montibus, velut muro quodam cincta, ad instar hortorum clauditur: spatium loci ducenta millia iugera, nomine Hierico dicitur. In ea valle sylva est & ubertate, & amaritatem insignis. Siquidem palmeto & opobalsamo distinguitur.

* pineis Arbores opobalsami formam similem * pineis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Haec certo tempore anni balsamum sudant: sed non minor loci eius opacitatis, quam ubertatis admiratio est: Quippe cum toto orbe regionis eius ardenterissimus sol sit, ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opacitas inest. In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem & aquae immobilitatem, mortuum mare dicitur. Nam neque ventis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnia stagnatur: neque navigationis patiens est, quoniam omnia vita carreta in profundum merguntur: nec materiam ullam sustinet, nisi quae alumine illinatur. Primus Xerxes rex Persarum Iudeos domuit: postea cum ipsis Persis in dictinem Alexandri Magni venere, diuque in potestate Macedonici imperij fuere. A Demetrio cum descivissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem repperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus. Per

Machabeor.

I. b. 1.

eadem

eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimum, & ab Eumene patruo accepit regnum, cedibus amicorum & cognatorum supplicijs fœdabat, nunc matrem anum, nunc Beronicem sponsam, maleficijs eorum necatas confingens. Post hanc scelestam violentia & rabium, squallidam vestem sumit, barba capillumque in modum recrum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi letiora contiuua intrare, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut poenas pendere manibus interfectorum videretur. Omisso deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxij permiscebat, eaque oninia veneni succo infesta, velut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio æraria artis fabricæ se tradidit, & terisque fingendis, & ære fundendo, procudendoque oblectatur. Muri deinde sepulcrum facere instituit: cui opere intentus, morbum ex solis ardore contraxit, & se prima die decepit: huius testamento hæres populus Romanus tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cuiusdam filia genitus, qui post mortem Attali ve-
 luti paternum regnum inuasit Asiam. Cum multa secunda prælia aduersus ciuitates, quæ meru-
 Romanorū se tradere ei nolebāt, fecisset, iustusq[ue] Mindū, & sa-
 rex iam videretur, Asia Licinio Crasso consuli telligit. Flo-
 deceretur: qui intentior Attalicae præde, quam
 bello, quum extremo anni tempore inordinata
 acie prælium conseruisset, victus poenas inconsulta
 avaritia & sanguine dedit. In huius locum missus
 Perpenna consul prima congresione Aristonicum
 superatum in potestatem suam rededit Attali-
 Pop. Roma-
 nus Hæres At-
 tali.
 Mindū, & sa-
 lophonem in
 Flo-
 rus.
 Prætorem Li-
 cinium Flo-
 rus appellat.

cásque gáz as hæreditarias populi Ronsani nauibus impositas, Romam deportauit. Quod agrè fēbis conditx. rens successor eius Marcus Aquilus consul ad Plin. lib. 13. eripendum Aristonicum Perpennæ: perinde veluti sui potius triumphi murus esse deberet. festinata velocitate contendit. Sed contentionem consulum mors Perpennæ diremit. Sic Asia facta Romanorum, cum opibus suis vita quoque Romanam transmisit.

Iustini Lib. XXXVII.

Capo Aristonico, Maſiliēſes pro Phocerisibus conditoribus suis, quorum urbem ſenatus, & omne nomen, (quod & tunc, & antè Antiochi bello infesta contra populum Romanū arma tulerant) deleri iuſſerat, legatos Romanam misere deprecatum, veniamque hiū à ſenatu obtinuere. Post hāc regibus, qui aduersus Aristonicum auxilia tulerant, præmia persoluta: Mithridate Pontico Syria minor, ſiūs Ariarathis regis Cappadocie, qui eodera bello ceciderat, Lycaonia & Cilicia date: feliciorque populus Romanus in ſocii filios, quam mater in liberos fuit. Quippe hinc paruuli auctum regnum, inde vita adempta. Nanque Laodice ex numero ſex filiorum, quos virilis ſexus ex Ariarathe rege ſuſcepereat, timens ne non diuturnare regni administratione adulitis quibusdam potiretur, quinque parricidiali veneno necauit: unum paruulum ſceleri matru cognatorū custodia eripuit, qui post necem Laodices (nam propter crudelitatem eam populus extinxerat) ſolus regno

Mithridates. poritus eſt. Mithridates quoque repentina morte interceptus, filium, qui ex ipſe Mithridates dictus eſt, reliquit. Cuius ea poſtea magnitudo fuit, ut nō ſui-

sui tantum temporū, verum etiam superioris etatis omnes reges maiestate superauerit, bellaque cum Romanis per X L V I. annos varia victoria gesserit. Quem summi imperatores Sylla, Lucullus, ceterique, in summa, Cneus Pompeius ita vicerunt, ut maior clariorque resurgeret in restaurando prælio, damnisque suis terribilior redderetur. Denique ad postremum non vi hostili vicitus, sed voluntaria morte in aucto regno senex hærente filio decepit. Huius futuram magnitudinem etiam cœlestia ostenta predixerant. Nam & quo genitus est anno, & eo quo regnare primum cœpit, stella cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita luxit, ut cœlum omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cœli occupauerat, & fulgore sui solis nitorem vicerat: & cum oriretur ecclimerique, quatuor spatiū horarum consumebat. Puer tutrum insidias passus est, qui eum fero equo impositum, equitare iacularique cogebat: qui conatus cum eos fellissent, supra etatem regente equum Mithridate, veneno eum appetiuerere. Quod metuens, antidota sapius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitoribus remedys stagauit, ut ne volens quidem senex veneno mori potuerit. Timens deinde ne intimi quod veneno non potuerat, ferro peragerent, venandi studium finxit: qua propter quatuor annos neque urbis, neque ruris tecto usus est: sed per sylvas vagatus est, & diuersis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus esset locus: assuetus feras cursu aut fugere, aut perseguiri, cum quibusdam etiā viribus congregandi. Quibus rebus & insidias vitauit, & corpus ad omnem virtutis patientiam durauit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed

In summā secundum beneficium antidotis euauit, cuius meminit Plin li 13. vide & apud Val. Max.

Aperto etiā capite sille perpetuo, Cicer. lcribit, id quod valetudinis plurimum intererat.

de augendo regno cogitauit. Itaque Scythes inuitatos antea, qui Zopyriona, Alexandri Magni ducem, cum triginta milibus armatorum deleuerant, qui Cyrum Persarum regem cum ducentis milibus armatorum trucidauerant, qui Philip-pum Macedonum regem fugauerant, ingenti felicitate perdonauit. Autus igitur viribus Pontum quiske, ac deinceps Cappadociam occupauit. Asiam cum quibusdam amicis tacitus à regno prefectus, nemine sciente, peruagatus est, omniumque urbiūmque situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcendit, & quasi iam dominus meditatus Asiae, opportuna quæque victoria sue * metatus est. Post hec in regnum, cùm iam perijisse credere-tur, reuersus est, inuento parulo filio, quem per absentiam eius Laedice soror uxóre enixa fuerat: sed inter gratulationem post longam peregrinationem aduentus sui, & filij geniti, veneno pe-riclitatus est. Siquidem Laedice soror cùm perijisse eum crederet, in concubitus amicorum proiecta, quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset, venenum aduenienti parauit. Quod cùm ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in autores vindicauit. Hyeme deinde imminentे, non in conuiuio, sed in campo: non in vacationibus, sed in exercitationibus: nec inter sodales, sed inter aqua-les, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Exercitum quoque suum ad parem laboris pa-tientiam quotidiana exercitatione durabat: atque ita inuidus ipse inexpugnabilem exercitum fece-rat. Initia deinde cù Nicomede societate, Paphla-gonium inuadit, viitamque cum socio diuidit. Quam cùm teneri à regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit, qui gentem re-stitui in pristinum statum iuberent. Mithridates

cum se parē iam magnitudini Romanorum crederet, superbo respuso, hæreditarium patri suo regnum obuenisse, respondit: mirarique se, quæ et cōtrouersia relata non fuerit, sibi referant. Nec teritus minus, Galatiam quoque occupat. Nicomedes quoniam se iueri iure nō potuerat, iusto regi redditurum respondit. Arque ita filium suum mutato nomine, Philomenem Paphlagonum regum nomine appellat, & quasi stirpi regiæ reddidisset, regnum faſo nomine tenet. Sic ludibrio habuit legati, Romam reuertuntur.

Iustini Lib. XXXVIII.

Mithridates parricidia à nece uxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cuius virum Ariaram them regem Cappadociae per Gordium insidijs occiderat, tollendos statuit: nihil actū morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occuparent. Igitur dum in his occupationibus versatur, interim Nicomedes rex Bithyniæ, vacuam morte regis Cappadociam inuidit. Qued cum nuntiatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori ad pellendum Cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod agrè ferens Mithridates, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumque sororis filio restituit, egregium prorsus factum, nisi subsequita fraus esset. Siquidem interictis diebus, simulat se Gordium, quo ministro usus in Ariaram the interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans, si obſisteret adolescentis, causas bellicas futuras: aut si permitteret, per eundem filium taliter

Nicomedes
rex Bithyniæ.



tolli posse, per quem interficerat patrem. Quod
 ubi Ariarathes iunior moliri cognouit, indignè
 ferens interfectorem patris per auunculum po-
 tissimè ab exilio reuocari, ingentem exercitum
 contrahit. Igirur cùm in aciō eduxisset Mi-
 thridates peditum octoginta millia, equitum de-
 cem millia, currus facatos D.C. nec Ariara-
 thi auxiliantibus finitimus regibus, minores copie
 essent, incertum bellum timens, consilia ad insidias
 transfert. solicitatōque iuuene ad colloquium, cùm
 ferrum occultatum interfascias gereret, scrutato-
 ri ab Ariarathē regio more missō, curi: suis imma-
 ventrem pertrectanti, ait: caueret, ne aliud telum
 inueniret, quāna quereret. Atque ita risū prote-
 ctis insidijs, se uocatum ab amicis velut in secre-
 tum sermonem, spectante utroque exercitu, inter-
 ficit: regnum Cappadociae octo annorum filio im-
 posito Ariarathus nomine, additōque ei rectore
 Gordio, tradit. Sed Cappadoce crudelitate ac li-
 bidine præfatorum vexati, à Mithridate defi-
 ciunt, fratrēnque regis, & ipsum Ariarathem
 nomine, ab Asia ubi educabatur, reuocant: cum
 quo Mithridates pralium renouat, vidūmque
 Cappadociae regno expellit. Nec multò post ex-
 ægritudine adolescens collecta infirmitate, dece-
 dit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mi-
 thridates accessione Cappadociae, etiam Bithy-
 niam finitimam inuaderet, subornat puerum exis-
 mia pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, nō duos
 filios genuisset, qui a Senatu Romano paternum
 regnum peteret. Vxorem quoque Laodicens Ro-
 manam mittit, ad testimonium trium ex Ariara-
 the susceptorum filiorum: quod ubi Mithrida-
 tes cognouit, & ipse pari impudentia Gordium
 Romanum mittit, qui senatus affereret, puerum cui

Cappadocie regnum tradiderat, ex eo Ariarathes genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens, recidisset. Sed senatus studia regum intelligens, alterna regna fuisis nominibus dare noluit, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedem ad solatum eius Paphlagoniam ademit: ac ne cōtumelia regum foret ademptum illis, quod alijs daretur, uterque populus libertati donatus est. Sed Cappadocius munus libertatis abnuentes, negant vivere gentem sine rege posse. Atque ita rex illis à senatu Ariobarzanes constituitur. Ariobarzanes rex creatur.
 Erat eo tempore Tigranes rex Armeniae, obses à Parthis ante non multum tempus datus, olim ab Tigranes rex Armeniz.
 ipsisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offesa Romanorum sentientem, per Gordium impellit, ut Ariobarzani segni admodum bellum inferat: & ne quis dolus subesse videretur, filiam suam Cleopatram ei in matrimonium tradidit. Primo ergo aduentu Tigranis, Ariobarzanes sublati rebus suis, Romanam contendit: atque ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse Mithridatus cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomedes etiam filius eius, & ipse Nicomedes, regno à Mithridate pellitur: qui cum supplex Romanam venisset, decernitur in senatu, ut uterque in regnum suum restituatur: in quod * tamen misit * tum Aquilius Manlius, & Maltinus legati. Huic cognitis Mithridates societatem cum Tigrane bellum aduersus Romanos gesturus, iungit: pactique inter se sunt, ut urbes agriquæ Mithridati, homines vero & quæcumque auferre possint, Tigraci cederent. Post haec Mithridates intelligens quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbros alios,

alios ad Gallogrecos, & Sarmatas, Bastarnasque auxilium petitum mittit. Nam omnes has gentes, cum Romanum meditaretur bellum, varijs beneficiorum muneribus iam ante illexerat. Ab Mithridates Scythia quoque exercitu venire iubet, omnemque Orientem aduersus Romanos armat. Non igitur versus Rom. magno labore Aquilum, & Malthinum Asiam exercitu instructos vicit: quibus simul cum Nicomede pu' sis, ingenti fauore ciuitatum excipitur: multum ibi auri argenteique studio veterum regum, magnumque belli apparatum inuenit: quibus instructus, debita ciuitatibus publica & priuata remisit, & vacationem quinquennio concedit. Tunc ad concionem milites vocat, eosque

In Liuio & varijs exhortationibus ad Romana bella, siue Sallustio qd Asiana incitat. Quam orationem dignam duxi, notarit Pompeius Trogus, cuius exemplum breuitati huius operi infererem,

quam obliquam Pompeius Trogus exposuit: quam in Liuio & Sallustio reprehendit, quod con- ciones directas pro sua oratione operi suo inferendo historiae modum excesserint. Optandum sibi suisse ait, ut de eo licet consulere, bellumne sit cum Romanis, an pax habenda: quin vero sit insistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoriae careant. Quippe aduersus latrones, si nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. Ceterum quia non id agitur, an liceat quiescere, non tantum animo hostiliter, sed etiam prælio congressis consulere, qua ratione ac spe cæpta bella sustineant: esse tamen sibi Victoria fiduciam, si sit illus animus: Romanosque vinci posse, cognitum non sibi magis quam ipsis militibus, qui & in Bithynia Aquilum, & Malthinum in Cappadocia fuderint. At si quidem aliena magis exempla, quam sua experientia

experimenta moueant, audire se à Pyrrho rege
 Epiri non amplius quam quinque milibus Ma-
 cedonum instructo, fuisse tribus prælijs Romanos.
 Audire Annibalem sedecim annos Italiam vitto-
 rem immoratum: & quin ipsam caperet, urbem
 non Romanorum illi vires obstatisse, sed domesti-
 ca amulationis atque inuidiae studium. Audire
 populos Transalpina Gallia Italiam ingressos,
 maximu eam, plurimisque urbibus possidere: &
 latius aliquantò solum finium, quam in Asia,
 qua dicatur imbellus, eosdem Gallos occupasse: nec
 victam solum dici Romam à Gallis, sed etiam
 captam, ita ut unus illi montis tantum cacu-
 men relinqueretur, nec bello hostem, sed pretio re-
 motum: Gallorum autem nomen, quod semper Ro-
 manos terruit: in partem virium suarum ipse ha-
 beat. Nam hos qui Asiam incidunt, Gallos, ab il-
 lis qui Italiam occupauerant, sedibus tantum di-
 stare: originem quidem ac virtutem, genüsque
 pugne idem habere, tantoque his sagaciora esse
 ingenia quam illi, quanto longiori ac difficilio-
 ri spatio per Illyricum Thraciamque prodie-
 runt, penè operiosius transitis illorum * sedibus, * finibus
 quam ubi confidere possebū. Iam ipsam Italiam
 audire se nunquam, ut Roma condita sit, sat is il-
 li pacatam, sed assidue per eornes annos pro liber-
 tate alios, contrà quosdam etiam pro iure impe-
 ri, bellis continuis perseverasse: quod à multis ci-
 uitatibus Italiam deletos Romanorum exercitus
 ferro, à quibusdam novo contumelia more sub iu-
 gum missos: ac ne veteribus immoremur exemplis,
 hoc ipso tempore uniuersam Italiam bello Mar-
 fisco consurrexisse, non iam libertatem, sed confor-
 tum imperi, ciuitatisque poscentem: nec grauius
 vicino Italia bello, quam domesticis principum
 factis

Sammites in
 telligit, à qui-
 bus Ro. sunt
 sub iugum
 missi. Luius
 lib. 9. ab vrb,
 cond.

factionibus urbem premi, multoque periculosius
accessisse Italico ciuite bellum: simul & à Ger-
mania Cimbros, immensam illam ferorum atque
immitium populorum, more procella illuuiem,
inundasse Italiam: quorum tametsi singula bella
sustinere Romani possent, uniuersis tamē obruan-
tur, ut ne vacaturos quidem bello suo putent.
Utendum igitur occasione, & rapienda incremen-
ta virium, ne si illis occupatis quieuerint, mox ad-
uersus vacuos, & quietos marius negotium ha-
beant. Non enim queritur an capienda sunt ar-
ma, sed virum sue potius occasione, an illorum.
Nam bellum quidem iam tunc secum ab illis
geri coepit, cum sibi pupillo maiorem Phry-
giam ademerint, quam patri suo præmium dati
aduersus Aristonicum auxiliū concesserant, gen-
tēisque quam & proauo suo Mithridati Seleu-

* Callima-
chus * Callinicus in dorem dedisset. Quid cùm Pa-
phlagonia se decedere iusserunt, non alterum illud
genus belli fuisse? quæ non vi, non armis, sed ado-
ptione testamenti & regni domesticorum in-
teritu, hereditaria patri suo obuenisset, cùm in-
ter hanc decretorum amaritudinem parendo, non
tamen eos mitigaret, quin acerbius se in dies ge-
rant, non obtinuisse. Quod enim à se non præbi-
tum illus obsequium? non Phrygiam, Paphlago-
niāque dimissa? non Cappadocia filium edu-
ctum, quan*i* iure gentium victor occupauerat?
Raptam tamen sibi esse victoriam eius ab illis
quorum nihil est nisi bello quaesitum, non regem
Bithynia Chreston, in quem senatus arma decre-
uerat, à se in gratiam illorum occisum, tamen ni-
hilominus imputari sibi, si qua Gordius aut Ti-
granes faciat, libertatem etiā in consumeliam sui
à senatu ultro delata Cappadocia, quam reliquis
gentibus.

gentibus abstulerunt: deinde populos Cappadocum
pro libertate obliata, Gordium regem orantem, ideo
tanquam amicus suus esset, non obtinuisse. Ni-
comedem precepto illorum bellum sibi intulisse.
quia inultus ierit Michridates: ab ipsis ventum
obuiam, & nunc eam secum bellandi causam illis
fore, quod non impunèse Nicomedi lacerandum
saltatricis filio præbuerit: quippe non delicta re-
gum illos, sed vires ac maiestatem insequi, neque
in se uno, sed in alijs quoque omnibus hac semper
arte grassatos. Sic & auum suum Pharnacem per
cognitionum arbitria succedaneum regi Perga-
meno Eumeni datum: sic rursus Eumenem, cuius
classibus primùm in Asiam fuere transvecti, cu-
ius exercitu magis quam suo, & magnum An-
tiochum, & Gallos in Asia, & mox in Macedo-
nia regem Persen domuerant, & ipsum pro hoste
habitum: eique interdictum Italia, & quod cum
ipso deformè sibi putauerant, cum filio eius Ari-
stonico bellum gesissè. Nullius apud eos maiora,
quam Masinissè regis Numidarum haberi me-
rita. Huic imputari victimum Annibalem, huic ca-
ptum Syphacem, huic Carthaginem deletam,
huic inter duos illos Africanos tertium senatorem
urbis referri: tamen cum huius nepote bellum mo-
do in Africa gestum adeò inexpiable, ut ne vi-
ctum quidem memoria patris donarent, quin car-
cerem ac triumphi spectaculum experiretur. Hæc
illos regibus omnibus legem odiorum dixisse, scili-
et quia ipsi tales reges habuerint quorum etiam
nominibus erubescant, aut pastores Aboriginum,
aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthio-
rum, aut seruos vernasque Tuscorum: aut quod
honoratissimum nomen fuit inter hos superius, si
ut ipsi ferunt, conditores suos, lupa uberibus ali-

Romanis ex la-
tos: sic omnem illum populum luporum animos ha-
&e lupino, lu-
pinos etiam bere, inexplebiles sanguinis atque imperij, diui-
mores hause. tiarumque audios ac ieiunos. Se autem seu nobili-
tate illis comparetur, clarioram illa colluvie con-
uenarum esse, qui paternos maiores suos à Cyro
Darioque conditoribus Persici regni, maternos à
magno Alexandro, ac Nicanore Seleuco condito-
ribus imperij Macedonici referat: seu populis eo-
rum conferat suos, earum se gentium esse, quæ non
modo Romano imperio sint pares, sed Macedoni-
co quoque obstatent. Nullam subiectarum sibi
gentium expertam peregrina imperia, nullis un-
quam nisi domesticis regibus paruisse, Cappado-
ciam velint, an Paphlagoniam recensere, rur-
sus Pontum an Bithyniam, itemque Armeniam
maiores minorēaque: quarum gentium nul-
lam neque Alexander ille, qui totam pacauit
Asiam, nec quisque successorum eius, aut poste-
rorum attigisset. Scythiam duos ante se reges non
pacare, sed tantum intrare ausos Darium & Phi-
lippum: agrè inde fugam sibi expeditissime, unde ipse
magnam partem aduersus Romanos virium ha-
beret, multoque se timidius ac diffidentius bella
Pontica ingressum, cum ipse rufus ac tyro esset.
Scytha præter arma, virtutemque animi, loco-
rum quoque solitudinibus, vel frigoribus instru-
ctos, per quæ demuntiaretur ingens militiae labor
ac periculum. Inter quas difficultates ne spes qui-
dem præmij foret, ex hoste vago, nec tantum pe-
cunie, sed etiam sedis inopi. Nunc se diuersam
belli conditionem ingredi. Nam neque caelo Asia
esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec ur-
bium multitudine amoenius, magnamque tem-
poris partem non ut militiam, sed ut festum diem
atturos, bello dubium facili magis an uberi, si
modò

modo aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiæ Ioniæque audierint, quas non expugnatum eant, sed possessum, tantumque se experiet auida Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incusit rapacitas Proconsulum, exactio publicanorum, calumnia litium. Sequantur se modo fortiter, & colligant, quid se duce posse efficere tantus exercitus, quem sine cuiusquam militum auxilio, suamet unius opera viderint Cappadociam caso rege cepisse, qui solus mortaliuum Pontum omnem Scythiamque pacauit, quam nemo ante transire tutò, atque adire potuerit. Nanque iustitia atque liberalitatis sue, ne ipsos milites, qui experiatur, testes effugere: & illa indicia habere, quod solus regum omnium non paterna solum, verum etiam externa regna hereditatibus propter munificentiam acquisita possideat, Colchos, Paphlagoniam, Bosporum. Sic excitatis militibus, post annos vigintitres sumptu regni in Romana bella descendit. Tunc in Aegypto mortuo rege Ptolemaeo, ei qui Cyrenis regnabat, Ptolemaeo per legatos regnum, & uxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Latuit igitur hoc solo Ptolemaeus, quod sine certamine fraternalum regnum receperisset, in quod subornari à matre Cleopatra, & fauore principum, fratri filium cognouerat. Ceterum infestis omnibus, statim ubi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidari iubet. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & solennia religionum, in complexu matris interficit: atque ita thorum sororis, cæde filij eius cruentus ascendit. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuit. Siquidem ptolemaei immanis crudelitas.

regrinis militibus licentia cædis data, omnia san-
 guine quoridie manabant, ipsamque sororem, filia
 eius virgine per vim stuprata & in matrimo-
 nium adscita, repudiat. Quibus rebus territus po-
 pulus, in diuersa labitur, patriamque metu mor-
 tis, exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum
 suis relicta Ptolemaeus, cum regem se non homi-
 num, sed vacuarum adium videret, editio pere-
 grinos sollicitat. Quibus confluentibus, obuius lega-
 tis Romanorum Scipioni Africano, & Spurio
 Mumio, & L. Metello, qui ad inspicienda socio-
 rum regna veniebant, procedit. Sed quam crue-
 tus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanus fuit.
 Erat enim & vultu deformis, & statura breuis,
 & sagina ventris non homini, sed belluae similius:
 Quam fœditatem nimia subtilitas, & perlucida
 uestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda
 praberentur, que omni studio occultanda pudibundo
 viro erant. Post discessum deinde legato-
 rum, quorum Africanus dum aſpicit urbem, spe-
 etaculo Alexandrinis fuit, Ptolemaeiam etiam
 populo peregrino inuisus, cum filio quem ex sorore
 suscepserat, & cum uxore matris pellice, metu in-
 fidiarum tacitus in exilium profiscicetur, contra-
 itoque mercenariis exercitu bellum sorori pariter
 ac patriæ infert. Accersum maximum deinde à
 Cyreneis filium, ne eum Alexandrini contra se
 regeni crearent, interficit. Tunc populus statuas
 & imagines eius detrahit. Quid factum studio so-
 roris existimans, filium quem ex ea suscepserat,
 interficit, corpusque in membra diuisum, & in
 cista impositum, matri die natali eius, inter epu-
 las afferri curat. Que res non regina tantum,
 verum etiam uniuersæ ciuitati acerba, & luctuo-
 sa fuit: tantumque mærorum festiuisimo conui-
 nio

Ptolemei cru-
elitas.

mo intulit, ut regia omnis repente luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt. & quid sperare de rege suo debeant, si iij cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis, Cleopatra cum virginis fraterno bello videret, auxilium à Demetrio petit Syriae rege, per legatos eius, cuius ipsius varij & memorabiles casus fuere. Namque Demetrius, ut supra dictum est, cum bellum Parthis intulisset, & multis congreßionibus victor fuisset, repente circumuentus infidis, amissio exercitu capitur. Cui Arsacides Partherum rex, * Hyrcaniā magno & regio animo misso in * Bithyniam, non cultum tantum regium præstítit, sed & filiam in matrimonium dedit, regnumque Syriae, quod per absentiam eius Trypho occupauerat, restitutum primit. Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam, et si opulentam, vitam pertæsus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimander amicus erat, qui post captiuitatem eius à Syria per Arabia deserta, ducibus pecunia comparatis, Parthico habitu Babyloniam peruenerat. Sed fugientem Phrahartes, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate, per compendiosos tramites oceupatum retrahit. Ut est deductus ad regem, Calimandro quidem non tantum veniam, verum etiam premium fidei datum: Demetrium autem & grauiter castigatum ad coniugem in Hyrcaniā remittit, & arctioribus * custodib[us] obseruari iubet. Interiecto deinde tempore, cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui deprehenditur, ac deno perductus ad regem, ut iniuisus à conspectu

* custodij:

summouetur. Tunc quoq; uxori & liberis donatus
in Hyrcaniam, paenalem ciuitatem sibi donatam
remititur, talisq; aureis ad exprobationem pue-
rilius leuitatis donatur. Sed hanc tam Parthorum
mitem in Demeirium clementiam non misericor-
dia gentis, nec respectu cognationis faciebat, sed
quod Syria regnum affectabant, & sibi Demetrio
aduersus Antiochum fratrem, prout res, vel tem-
pus, vel fortuna belli exegisset. His auditis, An-
tiochus occupandum bellum ratus, exercitū, quem
multis finitimerum bellis indurauerat, aduersus
Parthos ducit. Sed luxuria non minor apparatus,

* Forte, o- quam militia fuit.* Quippe V I I . millia arma-
tingēta mil torum sequuta sunt trecenta lixarum: ex quibus
lia armato coquorum, pistorum, sceniorūnique maior nume-
rum, CCC millia lixa- rus fuit: argenti certè aurique tantum, ut etiam
rum. gregarij milites caligas auro fingerent, procula-
rentque materiam, cuius amore populi ferro dimi-
cant. Culinarum quoque argentea instrumenta
fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella perge-
rent. Aduenienti Antiocho multi Orientales re-
ges occurrere, tradentes se, regnaque sua cum ex-
ecratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congres-
sioni fuit Antiochus tribus prælijs victor Baby-
loniam cùm occupasset, magnus haberet caput. Ita-
que omnibus ad eum deficientibus populis, nihil
Parthis relictum preter patrios fines fuit. Tunc
Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupan-
dum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut co-
pacito Antiochus ad sua tuenda à Parthia reuo-
caretur. Interim quoniam viribus non poterat, in-
fidis Antiochum ubique tentabat. Propter mul-
titudinem hominum omnem exercitum suum An-
tiochus per ciuitates in hyberna diuiserat: quæ res
exitij causa fuit. Nam cum grauari se copiarum
præbit

prabitione & iniurijs militum, ciuitates vide-
rent, ad Parthos deficiunt: & die statuta omnes
apud se visum exercitum per insidias, ne inuicem
ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cum
nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis la-
turus, cum ea manu, quæ secum hyemabat, pro-
greditur, In itinere obuium regem Parthorum
habuit, aduersus quem fortius, quam exercitus
eius dimicauit. Ad postremum tamen cum vir-
ture hostes vincerent, metu suorum desertus, occi-
ditur: cui Phrahartes exequias regio more fecit,
Antiochus à
luis desertus
occiditur.
filiamque Demetrij, quam secum Antiochus ad-
duxerat, captus amore virginis, uxorem duxit.
Poenitere deinde dimisi Demetrij cœpit: ad quem
retrahendum cum turmas equitum festinanter
misisset. Demetrium hoc ipsum metuentem iam
in regno miseri inuenerunt, frustraq; omnia conati,
ad regem suum reuersi sunt.

Iustini Lib. XXXIX.

Antiocho in Parthia cum exercitu de-
leto, frater eius Demetrius obsidione
Parthorum liberatus, ac restitutus in
regnum, cum omnis Syria in luctu pro-
pter amissum exercitum esset, quasi Parthica ip-
sius ac fratri bella, quibus alter captus, alter occi-
sus erat, prosperè gesisset: ita Ægypto bellum infer-
restatuit, regnum Ægypti Cleopatra socrus pretiū
auxiliū aduersus fratrem suum pollicere. Sed dura
alena affectat, ut assulet fieri, propria per defectio-
nem Syria amisit. Siquidē Antiochenes primi, du-
ce Tryphone, execrantes superbiā regis, quæ conuer-
satione Parthica crudelitatu intolerabilis facta e-
rat, mox Apamenij, cateraq; ciuitates, exempli se-
quuta, per absentiā regis à Demetrio defecere. Pro
lematis

lemaus vero rex Aegypti, bello ab eodem petitus, cum cognovisset Cleopatram sororem suam opibus Aegyptii nauibus impositis, ad filiam & Demetrium generum in Syriam profugisse, immittit iuuenem quendam Aegyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriae armis peteret. Et consoluta fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset, nec Syrys quemlibet regem aspernabitur, ne Demetrum paterentur superbiam, nomen iuueni Alexander imponitur, auxiliaque ab Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfetti a rege Partborum in loculo argenteo ad sepulturam in Syriam remissum peruenit: quod cum ingenti studio ciuitatum & regis Alexandri, ad firmandam fabula fidem, excipitur: quae res illi magnum fauorem popularium conciliauit, omnibus non fictas in eo, sed veras lacrymas existimantibus. Demetrius autem vix ab Alexander, cum undique circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab uxore filiusque deseritur.

Demetrius occiditur. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religione templi se defensurus petisset, nauis egrediens, prefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus a madiens, prefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matre autoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur. Alter cui propter nasi magnitudinem, cognomen Gryphus fuit, rex a matre hactenus constituitur, ut nomen regis penes filium, ius autem omnis imperij penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syriae regno, tamens ex successu rerum, sfernere iam etiam ipsum Ptolemaeum, a quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia coepit. Itaque Ptolemaeus reconciliata sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrum viribus suis

acquisitum.

acquisierat summis operibus instituit. Mittit ergo in Graciam Grypho auxilia, & filiam Gryphinam Grypho nupturam, ut populos in auxilium nepotus, non societate tantum belli, verum etiam affinitate sua solicitaret. Nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instructum Aegyptiis viribus viderent, paulatim ab Alexandre decicere capere. Fit deinde inter eos praelium, quo vixius Alexander, Antiochiam profugit: ibi impes pecunia, cum stipendia militibus deessent, in templo Iouis solidum ex Auro victoria signum tolli iubet, facetis iocis sacrilegium circumscribens: Nam victoriam commodatam sibi a Iove esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cum ipsius ouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite uelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio, conurso multitudinis in fugam esset versus, magna vi tempestatis oppressus ac desertus a suis, a laronibus capitur, perductusque ad Gryphum, interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno, extensisque periculis liberatus, insidijs matris appetitur. Quae cum cupiditate dominationis prodigio marito Demetrio, & altero filio imperfecto, huus quoque victoria inferiorem dignitatem suam intactam doleret, venienti ab exercitatione veni poculum obtulit. Sed Gryphus predictis ante in insidijs, veluti pietate cura matre certaret, bere ipsam iubet: abnuenti, instat. Postremum plato indice eam arguit, solam defensionem scelis superesse affirmans, si bibat, quod filio obtulit. Sic victa regina scelere in se verso, veneno, qd alij parauerat, extinguitur. Parta igitur rei securitate, Gryphus octo annis quietem & iphabuit, & regno suo * praestitit. Natus de- * prefus in illi est amplus regni, frater ipsius Cyricus,

nus eadem matre genitus, sed ex Antiocho pa-
truo susceptus: quem cum veneno tollere noluisset
ut maturius cum eodem armis de regno conten-
deret, excitauit. Inter has regni Syriae parrici-
diales discordias, moritur rex Aegypti Ptole-
maeus, regno Aegypti uxori & alteri filio, quem
illa legisset, relictæ, videlicet quasi quietior Ae-
gypti status, quam Syria regnum esset, quum ma-
ter altero ex filiis elelto, alterum hostem esset ha-
bitura. Igitur cum prionor in minorem filium es-
set, à populo compellitur maiorem eligere, cui
prius quam regnum daret, uxorem ademit, com-
pulsumq[ue] repudiare charissimam sibi sororem
Cleopatram, minorem sororem Seleucen ducer-
subet, non materno inter filias iudicio, cum alte-
ri maritum eriperet, alteri daret. Cleopatra ver-
non tam à viro repudiata, quam à matre diuor-
tio viri dimissa, Cyriceno in Syria nubit: eiqu-
ne nudum nomen uxoris afferret, exercitum Cy-
pri solicitatum, velut dotalem, ad maritum dedu-
cit. Par igitur viribus iam factus Cyricenus, pr.
lium committit, ac vietus in fugam conuertitur
Antiochiamque venit. Tunc Antiochiam Gr[ati]phus,
in qua erat Cyriceni uxor Cleopatra, obsi-
dere caepit: qua capta Gryphina uxor Gryphi mil-
hil antiquius quam sororem Cleopatram requi-
iubit, non ut captiuæ opem ferret, sed ne effuge
captiuitatis mala posset, quæ sui amulatio[n]e
hoc potissimum regnum inuaserit, hostique soror
nubendo hostem se eius effecerit. Tunc peregrit
exercitus in certamina fratrum adductos, tunc
pudiatam à fratre & contra matris voluntan
extra Aegyptum nuptam accusat. Contrà Q[ui]phus
orare, ne tam fœdum facinus faceret coger,
& nullo unquam maiorum suorum inter tot ge-

ficia, tot externa bella * post victoriam in faemi- * victum hō
 nas saeuitum, quas sexus ipse & periculis bellorum, stem
 & saeuitia victorum eximat: in hac vero prater
 commune bellantium * nefas, accedere necessitudi- * fas
 nem sanguinis: Quippe ipsius que tam cruentē se-
 uiat, sororem equidem germanam esse, suam ve-
 rō consobrinam: liberorum deinde communium
 materteram. His tot necessitatibus sanguinis adī-
 cit superstitionem templi, quo abdita profugerit,
 tantoque religiosus colendos deos sibi, quo magis
 his propitijs ac fauentibus viciisset: tum neque oc-
 tisa illa, se virium quicquam Cyricō demptu-
 rum, nec seruaturum redditā. Sed quanto Gry-
 phus abnuit, tantō soror muliebri pertinacia ac-
 ceditur, rata non misericordia hæc verba, sed
 amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit
 qui sororem confoderent. Qui ut in templum in-
 trauerunt, cum euellere eam non possent, manus
 anaplexantes dea simulacrum præciderunt. Tunc
 Cleopatra execratione parricidarum mandata
 violatis numinibus, in ultionem sui decidit. Nec
 multo post repetita pralij congreßione, victor Cy-
 ricenus uxorem Gryphi Gryphinam, quæ paulò
 antē sororem interfecerat, capit, eiusq; supplicio
 uxoris manibus parentauit. At in Aegypto Cleo-
 patra cum grauaretur socio regni, filio Ptolemaeo,
 populum in eum incitat, abductaque ei Seleuce
 uxore, eo indignus quod ex Seleuce iam duos fi-
 lios habebat, exulare cogit. Accersito minori filio
 Alexandro, & rege in locum fratri constituto:
 nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri
 exulantem persequitur. unde pulso, interfecit du-
 cem exercitus sui, quod viuum eum è manibus
 * dimisisset: quanquam Ptolemaeus verecundia
 materni belli, non viribus minor ab insula reces-
 sisset. * emisisset.

sisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, PER ICYLOSO
 REGNO SECVRAM AC TVTAM
 VITAM ANTEPONENS. Cleopatra
 vero timens ne maior filius Ptolemaeus ab Cy-
 riceno ad recuperandam Aegyptum auxilijs
 iuuaretur, ingentia Grypho auxilia, & Selencem
 uxorem nupturam hosti prioris mariti, mistit.
 Alexandrumque filium per legatos in regnum re-
 uocat: cui cum occultis insidij exilium machina-
 retur occupata ab eodem interficitur. spiritum
 que non fato, sed parricidio dedit: Digna pror-
 sus hac mortis infamia, que etiam matrem thoro
 expulit, & duas filias viduas alterno fratrum
 matrimonio fecit: & filio alteri in exilium alto,
 bellum intulit: alteri erepro regno exilium per in-
 sidias machinata est. Sed nec Alexandro cades-
 tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum com-
 pertum est, per scelus filij matrem interficiam,
 concursu populi in exilium agitur, reuocatique
 Ptolemaeo regnum redditur, qui neque cum matre
 bellum gerere voluisse, nec a fratre armis repe-
 re, quod prior possedisset. Dum haec aguntur, frater
 eius ex pellice suscepit, cui pater Cyrenarum re-
 gnum testamento reliquerat, herede populo Roma-
 no instituto, decepit. Iam enim fortuna Romana
 porrigeret se ad Orientalia regna, non contenta Ita-
 lia terminis, cœperat. Itaq; & ea pars Libyæ pro-
 uincia facta est: postea Creta Ciliciæ, piratico bel-
 lo perdomita, in formam prouincia redigetur. Quo
 facto, & Syria & Aegypti regna vicinitate Ro-
 mana arctata: & quæ incrementa de finitimis bel-
 lis querere solebant, ad epro vagandi arbitrio, vi-
 res suas in perniciem suā conuerterunt: adeo, ut as-
 fidus pralij consumpti in contemptum finitimorum
 vener

venerint, prædæque Arabum, genti imbelli ante fuerint. Quorū rex Hierotimus fiducia sexcen- Sexcenti filiū
torum filiorum, quos ex pellicibus suscepérat, diui- Hierotimi re-
sis exercitib⁹ nunc Aegyptum, nunc Syriam infe- gis.
stabat, magnūmque nomen Arabum, viribus fini-
timorum exanguibus fecerat.

Iustini Lib. XL.

Mvtius fratrib⁹ odijs, & mox filiorum inimicijs parentum succeden-
tibus, cūm inexpiabili bello reges, &
regnum Syria consumptum esset, ad
externa populus auxilia concurrit, peregrinōsque
sibi reges circunspicere cœpit. Itaque cūm pars Mi-
thridatē Ponticum, pars Ptolemaum ab Aegypto * accideret
arcessendū censeret, * occurreretque quod Mi-
thridates implicitus bello Romano esset, Ptole- que
maus quoque hostis Syria semper fuisse, omnes in
Tigranem regem Armenia consenserūt, instructū
prater domesticas vires, Parthica societate & Mi-
thridatis affinitate. Igitur accitus in regnū Syria,
per X V I I I . annos tranquillissimo regno potitus est,
neg, bello alium laceſſere, neg, laceſitus inferre alij
bellū necesse habuit. Sed sicut ad hostibus tutu Sy-
ria fuit, ita terramotu vastata est, quo centum se **TERRAMOTUS**
ptuaginta hominum millia, & multe urbes perie maximus.
rūt. Quod prodigiū mutationē rerū portendere aru-
spices responderunt. Igitur Tigrane à Lucullo vi-
to, rex Syria Antiochus, Cyricani filius, ab eodē
Lucullo appellatur. Sed quod Lucullus dederat, po-
ste ademit Pompeius, qui poscenti regnū respondebit,
ne volenti quidē Syria, nedū recusanti daturū se
regē, qui X V I I I . annos, quibus Tigrānes Syriam
tenuit, in augulo Cilicia latuerit: vito autē eodem
Tigrane à Romanis, alieni operū præmia postu-
let. Igi-

let. Igētū ut habenti regnum non ademerit, ita
Anno ab ur- quod cesserit Tigrāni, non daturum, quod tueri ne
 be cond. D. sciat, ne rursus Syriam Iudeorum & Arabum la
C C X C I X. Coss. Tullio trocīnīs infestam reddat. Atque ita Syriam in
 Cicerone C. prouincia formam redigit, paulatimque Oriens
 Antonio. Oro Romanorum, discordia consanguineorum regum,
 suis. factus est.

Iustini Lib. XLI.

Parthi, penes quos, velut diuisione orbis cū
 Romanis facta, nunc Orientis imperium
 est, Scytharum exules fuerunt. Hoc etiam
 ipsorum vocabulo manifestatur: Nā Scy
 Parthi exules, thico sermone Parthi exules dicūtur. Hi & Aſy-
 riorū & Medorū temporibus, inter Orientales po-
 pulos obſcurissimi fuere. Postea quoq; cūm imperiū
 Orientis à Medis ad Persas translatum eſt, velu-
 ti vulgus ſine nomine, preda victorū fuere. Postre-
 mō Macedonibus triumphato Oriente ſeruierunt,
 ut cuius mirum videatur, ad tantā eos felicitatē
 per virtutē prouectos, ut imperēt gētibus, ſub qua-
 rum imperium veluti ſeruile vulgus fuere. A Ro-
 manis quoq; trinis bellis per maximos duces floren-
 tiſsimis temporibus laceſiti, ſoli ex omnibus genti-
 bus non ſolum pares, verum etiam victores fuere.
 Quanquā plus gloria fit, inter Aſſyria & Medi-
 ca, Persicāq; memorata olim regna opulentissimū
 mille urbiū Bactrianū imperiū emergere potuiſ-
 ſe, quam longinqua bella viciſſe. Præterea cum
 grauitbus Scythicis, & vicinalibus bellis aſiduis
 vexati, variisque periculorum certaminibus urge-
 rentur, y domesticis ſeditionibus Scythia pulſi,
 ſolidudines inter Hyrcaniam, & Dacas, & A-
 reos & Spartanos, & Maianos furtim occupauen-
 re fines. Deinde non intercedentibus primō fini-
 ſimis,

timis, postea etiam prohibentibus, in tantum pro-
 tulere, ut non immensa tantum iam, ac profunda
 camporum, verum etiam praeupta collum, mon-
 tiūmque ardua occupauerint. Ex quo sit, ut Par-
 thiæ pleraque finium aut astus, aut frigoris ma-
 gnitudo possideat, quippe cum montes nix, & can-
 pos astus infestet. Administratio gentis post de-
 fectionem Macedonici imperij, sub regibus fuit.
 Proximus maiestati regum populorum ordo est:
 ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace ha-
 bentur. Sermo his inter Scythicum Medumque
 medius, ex vitroque mixtus: vestis olim sui moris:
 poste aquam accessere opes, ut Medus perlucida,
 ac fluida: armorum patrius ac Scythus mos: exer-
 citum non ut alia gentes liberorum, sed maior-
 rem partem seruorum habent. Quorum vulgus,
 nulli manumittendi potestate permissa, ac per
 hoc omnibus seruis nascentibus, in dies crescit.
 hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare
 & sagittare magna industria docent. Locupletis-
 simus ut quisque est, ita plures in bello equites re-
 gis suo prabent. Denique Antonio bellum Parthis
 inferenti, cum quinquaginta millia equitum oc-
 currerent, soli * CCCC L liberi fuere. Cominus in
 acie præliari nesciunt, ob sebasque expugnare vr-
 bet. Pugnant autem procurentibus equis, aut ter-
 ga dantibus saepe etiam fugam simulant, ut incau-
 tiores aduersus vulnera in sequentes habeant. Si-
 gnum his in prælio non tuba, sed tympano datur,
 nec pugnare diu possunt. Ceterum intolerandi fo-
 rent, si quantus his impetus est, viu tanta & perse-
 uerantia esset. Plerunque in ipso ardore certani-
 nis prælia deserunt, ac paulò post pugnam ex fugâ
 repetunt, ut cum maximè viciisse te putas, tunc
 tibi descrimen subeundum sit. Munimentum ipsi-
 equisq;

* CCC
Parthorū put
gnandi ratio



equisque lorica pluma sunt, quæ utrinque toto corpore tegunt. Auri argenteque nullus nisi in armis usus. Voxes dulcedine variæ libidinis singuli plures habent: nec villa delicta adulterijs gravius vindicant. Quamobrem sc̄emini non coniuia tantum virorum, verum etiam consuetum interdicunt. Carne non nisi venatibus qua sita vescuntur. Equis omni tempore videntur: illis bella, illis coniuia, illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter seruos liberisque esse, quod serui pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura vulgo aut autum, aut canis laniatus est. Nuda demum ossa terra obruuntur. In superstitionibus ad curam deorum præcipua omnibus veneratio est. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulentia, procacia. Quippe violentiā virū mansuetudinem mulieribus assignant: semper aut in externos, aut in domesticos motus inquieti, natura taciti: ad faciendum, quam ad dicendum promptiores: proinde secunda aduersaque silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parent: In libidinem proiecti, in cibum parci: fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri Magni, cum inter successores eius Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Satagorii externo socio traditur. Hi postea seductis Macedonibus, in bellum ciuite cum ceteris superioris Asiae populis Eumenem sequuntur, quo victo, ad Antigonum transiere. Post hunc à Nicanore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius posse si: à cuius pronepote Seleuco primum defecere: Primo Punico bello L. Manilio Pisone, Attilio Regulo consulibus, huius defensione

fitionis impunitatem illis duorum fratrum regum,
 Seleuci & Antiochi discordia dedit: qui dum si-
 bi inuicem eripere regnum volunt: persequi defe-
 cteres omiserunt. Eodem tempore etiam Theodo-
 rus mille urbium Bactrianorum p̄f̄ctus, defe-
 cit, regēmque s̄e appellari ius sit: quod exemplum
 sequit̄ totius Orientis populi à Macedonibus de-
 fecere. Erat eo tempore Arsaces vir, sicut incer-
 tæ originis, ita virtutis expertæ. Hic solitus la-
 trocinij & rapto viuere, accepta opinione Seleu-
 cum à Galli in Asia vīctū, solitus regis metu,
 cum prædonum manu Parthos ingressus,
 p̄f̄ctum eorum Andragoram opprescit, subla-
 tōque eo, imperium gentis inuasit. Non magno
 deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum
 occupauit, atque ita duarum ciuitatua imperio
 præditus, grandem exercitum parat, metu Seleu-
 ci & Theodoti Bactrianorum regis. Sed cit̄ mor-
 te Theodoti, metu liberatur, cum filio eius & ipso
 Theodoro fædus ac pacem fecit nec multo post
 cum Seleuco rege ad defectores persequendos ve-
 niente, congressus, victor fuit: quem diem Parthi
 exinde solennen, velut initium libertatis, obseruāt.
 Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam
 dato laxamento, regnum Parthicum format, mili-
 tēs legit, castella munit, ciuitates firmat, urbem
 quoque nomine* Claram, in monte Thaborreno co-
 dit: Cuius loci ea conditio est, ut neque munitius
 quicquam esse, neque amoenius posse: Ita enim &
 præruptis rupibus undique cingitur, ut tutela lo-
 ci nullis defensoribus regat, & soli circumiacentis
 tanta ubertas est, ut proprijs opibus expleatur:
 Iam fontium ac syluarum ea copia est, ut & aqua-
 rum abundantia erigatur, & venationum vo-
 luptatibus exornetur. Sic Arsaces quæsto si-
 mul,

Theodotus

Arsaces

* Daram

Elegans topo-
graphia.

mul, constitutōque regno, non minus memorabilis
 Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Ale-
 xander, Romanis Remulus, matura senectute de-
 Arsaces om. cedit. Cuius memoria hunc honorem Parthi tri-
 nes reges Parthi fuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomi-
 thorum dicti. ne nuncupent. Huius filius & successor regni, Ar-
 saces & ipse nomine, aduersus Antiochum Se-
 leuci filium, centum millibus peditum, & x x.
 millibus equitum instructus, mira virtute pu-
 gnauit: ad postremum in societatem eius assump-
 ptus est. Tertius Parthis rex Pampacius fuit, sed
 & ipse Arsaces dictus: nam (sicut supra dictum
 est) omnes reges suos hoc nomine sicuti, Romani
 Cesares, Augustosque cognominauerunt. Hic
 actis in regno x i i. annis decepit, relictis duabus
 filijs, Mithridate & Pharnace: quorum maior
 Pharnaces more gentis, haeres regni, Mardos va-
 lidam gentem bello domuit, nec multo post decepit,
 multis filijs relictis: quibus præsriter, fratri potissi-
 mum Mithridati, insignis virtutis viro, reliquit
 imperium, plus regno quam patro deberi nominis-
 ratus, potiusque patria, quam liberis consulendum.
 Eodem fernse tempore, sicuti in Parthus Mithri-
 dates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque
 viri regna ineūt. Sed Parthorum fortuna felicior,
 ad summum hoc duce imperij fastigium eos perdu-
 xit. Bactriani autem per varia bella iactati, non
 regnum tantum, verum etiam libertatem amise-
 runt: sequidem Sogdianorum & Dranganitanor-
 rum, Indorumque bellis fatigati, ad postremum
 ab inualidioribus Parthi, velut exangues, oppres-
 si sunt. Multa tamen Eucratides bella, magna
 virtute gesit: quibus attritus, cum obsidione Demetrij regis Indorum pateretur, cum ccc. * mi-
 llibus l. v. milia hostium assiduis eruptionibus
 vicit.

* millibus

vicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in Nulla fides re-
potestatem redigit. Unde cum se recipere, a filio gni sociis om-
ni quem socium regni fecerat, in itinere interficitur. Impatiens co-
qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non sortis erit. Lu-
canus.
patrem interfecisset, & per sanguinem eius cur-
rum egit, & corpus abyti insepulcrum iussit. Dum
hac apud Bacros geruntur, interim inter Par-
thos & Medos bellum oritur: cum varius utrius-
que populi casus fuisset, ad postremum victoria
penes Parthos fuit. His viribus auctus Mithrida-
tes, Mediae Bachasum in regno preponit, ipse in
Hyrcaniam proficiscitur. Vnde reuersus, bellum
cum Elimeorum rege gescit: quo victo, hanc quoq;
gentem regno adiecit, imperiumque Parthorum
a monte Caucaso, multis populis in ditionem reda-
ctis, usque ad flumen Euphratēm protulit. Atque
ita aduersa valetudine arreptus, non minor Arsa-
ce proauo gloriofa senectute decepit.

Iustini Lib. XLII.

Post necem Mithridatis, Parthorum re-
gis, Phrahartes filius eius rex constitui-
tur, qui cum inferre bellum, in ultio-
nem tentati ab Antiocho Partici regni
Syriae statuisset, Scitharum motibus ad sua de-
fendenda reuocatur. Nisque Scytha in auxilium
Parthorum aduersus Antiochum, Syriae regem,
mercede solicitati, quum confecto iam bello su-
peruenissent, & calumnia tardius lati auxiliū
mercede fraudarentur, dolentes tantum ijs ita-
neris frustra emensum, quum vel stipendium
pro vexatione, vel alium hostem dari sibi posce-
rent, superbo responso offensi, fines Parthorum
vastare cōperunt. Igitur Phrahartes cum aduer-
sus Scythas proficeretur, ad tutelam regni relis-

quit Hymerum quendam, pueritia sibi flore conciliatum, qui tyranica crudelitate oblitus, & vita præterita, & vicarij officij, Babylonios, multasque alias ciuitates importune vexauit. Ipse autem Phrahartes exercitum Grecorum, quem bello Antiochi captum crudeliter superbèque tractauerat, in bellum secum ducit: immemor prorsus, quod hostiles eorum animos nec captiuitas minuerat, & insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat. Itaque cum inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transstulerunt, & diu cupitam captiuitatis ultionem exercitus Parthici, & ipsius Phrahartis regi cruenta cæde exequuntur. In huins locum Arthabanus, patruus eius, rex substitutur, Scythæ autem contenti victoria, populata Parthia, in patriam reuertuntur. Sed Arthabanus bello Col-

Mithridates cognomento chatarijs illato, in brachio vulneratus, statim de-
Magnus vnde cedit. Huic Mithridates filius succedit, cui res
hic dictus.

gestæ Magnum cognomen dedere. Quippe clari-
tatem parentum, emulatione virtutis accensus,
animi magnitudine supergreditur. Multa igitur
bella cum finitimi magna virtute gessit, multos-
que populos Parthico regno addidit. Sed & cum
Scythis prosperè aliquoties dimicauit, ulteriorque in-
suria parentum fuit. ad postremum Artoadisti

Armeniorum regi, bellum intulit. Sed quoniam
ad Armeniam transitum facinus, origo eius
paulò altius repetenda est. Neque enim silentia
præteriti tantum regnum fas est, quum fines eius

Armenie de-
scriptio.

post Parthiam omnium regnum magnitudinem
superent. Siquidem Armenia à Cappadocia usq;
vndecies centena millia ad mare Caspium patet,
sed in longitudinem millia passuum, sepiungens a por-
rigitur. Condita est autem ab Armeno, Iasonis

Theſſali comite: quem cum perditum propter insignem periculosamque regno ſuo virtutem Pelias rex cuperet, denuntiata militia, in Cholcos eum abire iubet, pellēisque arietis memorabilem gētibus reportare: ſperās interitum viri, aut ex periculo tam longae nauigationis, aut ex bellorū profunda barbarie. Igitur Iason diuulgata opinione tam glorioſa expeditionis, cum ad eum certatim principes iuuenturis totius ferme orbis concurrent, exercitum fortissimorum virorum, qui Argonautæ cognoscitati ſunt, comparauit. Quem quum magnis rebus gestis incolumem reduxiſſet, rurſus à Pelia filijs Theſſalia pulſus magna vi cum ingenti multitudine, quæ ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus quotidie conſuebat, comite Medea uxore, quam repudiata miferatio ne exiliū rurſum receperat, & Medeo priuigno ab Aegaeo rege Atheniensium genito, Colchos repetiuit, ſocerūnque etiam regno pulſum reſtituit. Magna deinde bella cum ſintimis geſſit, captas que ciuitates partim regno ſoceri, ad abolendam superioris militiae iniuriam, qua & filiam eius Medeam abduxerat, & filium Aetæ Aegialium interficerat, adiunxit: partim populus quos ſecum adduxerat, aſignauit. Primus humanorum poſt Herculem & Liberum qui reges Orientis fuſſe traduntur, eam cœli plagam domuiſſe dicitur. Populis quibusdam Phrygium & Anſistracum aurigas Caſtoris & Pollucis duces aſignauit: cum Albanus fœdus percufit, qui Hercuiem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extincto, armenia eius per Italiam duceret, ſecuti dicuntur: qui que memores Italica originis, exercitum Cn. Pompej bello Mithridatico frātres salutauere. Itaque Iasoni totus ferre Oriens, ut conditori diuinex

Argonautæ.

Medea.

Albanorum
origo.

honores, templaque constituit, que Parmenion, dux Alexandri magni, post mille annos diruit, ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius quam Alexandri esset. Post mortem Iasonis Medus, emulus virtutis eius, in honorem matris Medea, Medeam urbem condidit, regnumque ex nomine suo Medorum constituit, sub cuius maiestate. * omne postea Imperium fuit. Albanis vicinae Amazones sunt, quarum reginam Thalestrem concubitum Alexandri petisse, multi autores prodidere. Armenius quoque & ipse Thesalus, unus de numero ducum Iasonis, recollecta multitudine, quæ amissio Iasone rege passim vaga Tigris à celebatur. Armeniam condit, à cuius montibus Tigris fluuius modicis primo incrementis nascitur: vocari: ita enim Medi interiecto deinde aliquanto spatio sub terras meragittam apellant. Plin. gitur, atque ita post X X V. millium passuum granib. 6. de iam flumen in regione Sophone emergit, ac sic

*Hyrodes à Fratre eius * Horodes cùm regnum vacans occu-
Plut. appellat Passet, Babyloniam, quò Mithridates confugerat,
latur. diu obsidet, & fame coactos in deditioñem oppida-
nos compellit. Mithridates autem fiducia co-
gnationis ultro se in potestatem Horodis tradit.
Sed Horodes plus hostem, quam fratrem cogi-
tans, in conspectu suo trucidari eum iussit: & post
hac, bella cum Romanis gestit. Crassumque im-
peratorem cum filio, & omni exercitu Romano
deleuit. Huius filius Pacorus missus ad praesequen-
das Romani belli reliquias, magnis rebus in Sy-
ria gestis, in Parthiam patri suspectus revocatur,
quo absente, exercitus Parthorum relictus in Sy-
ria, à Casio Questore Crasicum omnibus duci-

bus trucidatur. His itaque gestis, non magno post
 tempore Romanus inter Casarens Pompeiumque
 ciuale bellum erit, in quo Parthi Pompeiana-
 rum partium fuere, & propter amicitiam cum
 Pompeio bello Mithridatico iunctam, & propter
 Crassi necem, cuius filium in partibus Casaris esse
 audierant, quem ultorem patris victore Casare
 futurum non dubitabant. Itaque viatis paribus
 Pompeianis Casio & Bruto, auxilia aduersus
 Augustum & Antonium misere: & post belli si-
 nem rursum Pacoro duce, cum Labieno inita so-
 cietate, Syriam & Asiam vastauere: castraque
 Ventidij, qui post Casium absente Pacoro exer-
 citum Parthicum fuderat, magna mole aggre-
 diuntur: sed ille simulato timore, diu se continuo,
 & insultare Parthos aliquantis per passus est.
 Ad postremum in securos latosque partem legio-
 num emisit, quarum impetu fusi Parthi, in diuer-
 sa abidere. Pacorus autem cum fugientes suos ab-
 duxisse secum legiones Romanas putaret, castra
 Ventidij, veluti sine defensoribus, aggreditur.
 Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissis,
 uniuersam Parthorum manum cum rege ipso Parthorū cla-
 Pacoro interfecit: nec ullo bello Parthi unquam
 maius vulnus acceperunt. Hæc cum nuntiata in
 Parthia essent, Horodes pater Pacori, qui pau-
 lò ante vastatam Syriam occupatam Asiam, &
 Parthis audierat, victorēmque Pacorum Roma-
 nerum gloriabatur, repente filij morte & exerci-
 tus clade auditæ, ex dolore ad furorem veritetur.
 Multis diebus non alloqui quenquam, non eibum
 sumere, non vocē mittere, ita ut mutus factus vi-
 deretur. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem
 laxauerat, nihil aliud quam Pacorum vocabat
 Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur: cu
 s 4 illo

des insignis.

illo loqui,cum illo consistere:interdum quasi amissum flebilius dolebat.Post longum deinde luctum, alia solicitude miserandum senem inuidit,quem ex numero XXX . filiorum in locū Pacori regem constitutat.Multa pellices,ex quibus generata tan ta iuuentuerat,pro suis quaque solicite,animum senis obsidebant.Sed fatum Parthia fecit,in qua iam quasi solenne est reges parricidas haberi,ut sceleratissimus omnium,& ipse Phrahartes nomine,Rex statueretur.Itaque statim quasi nollet mori naturaliter,patrē interfecit,fratres quoque XXX . trucidat.Sed nec in filiis cessant parricidia.Nam cū infestos sibi optimates propter

* nec esset aſidua scelera videret,* nec esset qui nomina-
qui nomina tim rex posset creari,adultum filium interfici iu-
ri rex posset bet.Huic Antonius propter auxilium aduersus
adults, & Cæsarem latum,bellum cū sedecim vali-
dissimis legionibus intulit: sed grauiter multis
prælijs vexatus, à Parthia refugit:qua victoria
insolentior Phrahartes redditus,cū multa cru-
deliter consuleret,in exilium à populo suo pelli-
tur.Itaque cū magno tempore finitimā ciuita-
tes,& ad postremum Scythas precibus fatigasset,
Scytharum maximo auxilio in regnum restitui-
tur.Hoc absente,regem Parthi Tyridatem quen-
dam constituerant:qui auditō Scytharum aduen-
tu,magna amicorum manus ad Cæsarem,in Hi-
spaniam bellum tunc temporis gerentem,prefugit,

Contra Sex. obſidem Casari minimum filium Phrahartis fe-
Pompeij Ma-
gni filium.

rens.quem negligētius custoditum rapuerat.Quo cognito,Phrahartes legatos statim ad Cæsarem mittit:seruum suum Tyridatem,& filium remit-
ti ſibi poſtulat.Cæſar & legatione Phrahartis au-
dita,& Tyridatis poſtulatis cognitis nam & ipſe
reſtitui in regnum deſiderabat,iuris Romano-

rum futuram Parthiam affiryp̄as si eius regnum
muneris eorum fuisse) neque Tyridarem deditu-
rum se Parthu dixit, neque aduersus Parthos
Tyridati auxilia daturum; Ne tamen à Casare
nihil per omnia obtentum videretur, Phraharti
filium sine pretio remisit, & Tyridati, quoad ma-
nere apud Romanos vellet, opulentum sumptum
præberi iussit. Post hæc finito Hispano bello, cum
in Syriam ad componendum Orientis statum per-
uenisset, metum Phraharti iniunxit, ne bellum
Parthia vellet inferre. Itaque tota Parthia ca-
ptiui ex Cassiano, siue Antonij exercitu recolle-
cti, signaque cum his militaria Augusto remissa.
Sed & filij nepotesque Phraharti obfides Augu-
sto dati: plusque Cæsar magnitudine nominis sui
fecit, quam armis alius imperator potuisset.

Iustini Lib. XLIII.

Darthicis, Orientalib⁹que, ac totius pro-
pemodum orbis rebus expeditis, ad initia
Romanae urbis Trogus, velut post lon-
gam peregrinationē domum reuertitur:
ingrati ciuis officium existimans, si cum omnium
gentium res gestas illustrauerit, de sola tantum
patria taceat. Preuiter igitur initia Romani im-
perij perstringit, ut nec modum propositi operis
excedat, nec utique originem urbi, quæ est caput
totius orbis, silentio prætermittat. Italiae cultores
primi Aborigines fuere: quorum rex Saturnus
tantæ iustitia fuisse dicitur, ut neque seruierit sub
illo quisquam, neque quicquam priuatae rei ha-
buerit: sed omnia communia & indiuisa omnibus Ideo ærarium
fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. Romæ vole-
bant esse in
Ob cuius exempli memoriam cautum est, ut Sa-
turnalibus exequato omnium iure, pasim in con-
turni.

niujs serui cum dorinis recumbant. Itaque Italia regis nomine, Saturnia appellata est: & mons quem inhabitabat, Saturnus, in quo nunc veluti à Ioue, pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est.

Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadia urbe Pallanteo, in

Faunus in
Arcadia tem-
pla lyceus ha-
bet. Ovid. Italia cum mediocri turba popularium venit, cui Faunus & agros & montes, quem ille postea Palatinum appellauit, benignè assignauit. In hu-

iis radicibus templum Lyceo, quem Graci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor non sine Fatua, quæ assidue diuino spiritu impleta, velut per furorem futura premonebat. Unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone, armenta victorie præmia per Italianam ducebatur, stupro concepius Latinus procreatur. Quo tenente regnum Aeneas ab Ilio, Troia à Gracis expugnata, in Italianam venit: statimque prælio exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, & ad colloquium vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut in societatem regni recipetur: & Lauinia in matrimonium data, ei gener ascisceretur. Post hac commune viriusque bellum aduersus Turnum Rutilorum regem, propter fraudatas Lauiniæ nuptias fuit, in quo & Turnus & Latinus interierunt. Igitur cum Aeneas iure victoria utroque

Lauinium. populo potiretur, urbem ex nomine uxoris Lauiniæ condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium regem Hetruscorum, gesit: in quo cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius successit: qui Lauinio relicto, longam Albam condidit, quæ irecentis

centis annis caput regni fuit. Post multos dein-
 de urbis huius reges, ad postremum Numitor &
 Amilius regno potiti sunt. Sed Amilius cum
 etate posteriorum Numitorem oppresisset filia eius
 Rhea in perpetuam virginitatem, ne quis vin-
 dex regni sexus virilis ex genere Numitoris ori-
 retur, *demersit: addita iniuria specie honoris, ut *demisit
 non damnata, sed sacerdos electa videretur. Igi-
 tur clausa in luco Marti sacro, duos pueros incer-
 tum stupro, an ex Marte conceptos, enixa est. Quo
 cognito, Amilius multiplicato metu proueni duos
 pueros exponi iubet. & puellam vinculis one-
 rat, ex quorum iniuria decebat. Sed Fortuna ori-
 gini Romane prospiciens, pueros lupa alendos ob-
 iulit: que omisit catulus, distenta ubera exinanire
 cupiens, nutricem se infantibus prabuit, cum
 sapius ad paruulos veluti ad catulos reuertere-
 tur, rem Faustulus pastor animaduertit, subtra-
 etosque fere inter greges pecorum agresti vita
 nutrituit. Martios pueros fuisse siue quod in luco
 Martis enixi sunt, siue quod a lupa, que in tute
 la Martis est, nutriti, velut manifestus argumen-
 ti creditum est. Nomina pueris, alteri Remo, alte-
 ri Romulo fuisse. Adulti inter pastores de virtu-
 te quotidiana certamina & vires & pernici-
 tem auxere. Igitur cum latrones a rapina peco-
 rum industrie frequentèque summouerent, Re-
 mus ab ipsis latronibus captus, & veluti ipse
 esset, quod in alijs prohibebat, regi offertur: crimi-
 ni datur, quasi greges Numitoris infestare solitus
 esset. Tunc a rege in ultionem Numitori tradi-
 tur. Sed Numitor adolescentia iuuenis permotus,
 & in suspicionem expositi nepotis adductus, cum
 eum nunc lineamentorum filia similitudo, nunc etas
 expositionis temporibus congruens, anxium tene-

Quia deus,
 autor culpæ
 honestior e-
 rat. Linius.

ret, repente Faustus cum Romulo superuenit:
à quo origine cognita puerorum, facta conſpira-
tione, & adolescentes in uitionem maternæ necis,
& Numitor in vindictam erepti regni arman-

Romam quis
extruxerit. va-
riè scribunt
autores. vide
Solinum.

tur. Occiso Amulio, regnum Numitori restitu-
tur, & ibi urbs Romana ab adolescentibus con-
ditur. Tunc & senatus centum seniorum, qui pa-
tres dicti sunt, constituitur: tunc & vicinis con-
nubia paſtorum de dignantibus, virgines Sabinæ
rapiuntur, finitimisque populu armis subiectis,
primum Italie, mox orbis imperium quasitum.
Per ea adhuc tempora reges HASTAS PRO
DIADEMATE HABEBANT, quas Gra-
ci ouñt̄ ipsa dixerent. Nam & ab origine rerum pro-

Hastæ deo-
rum simula-
cris cur addā

Dijis immortalibus veteres hastas coluere: ob cu-
ius religionis memoriam, adhuc Deorum simula-
cris hastæ adduntur. Temporibus Tarquinij regis,
ex Asia Phocensium iuuentus, ostio Tyberis inue-
cta, amicitiam cum Romanis iunxit: inde in ulti-
mos Gallie finis nauibus profecta, Massiliam in-
ter Ligures, & feras gentes Gallorum condidit,
magnasque res, siue dum armis se aduersus Gal-
licam feritatem tuerintur, siue dum ultra laceſſunt,
à quibus fuerant ante laceſſiti, gesserunt. Nanque
Phocenses ex ignorantia ac macie terre coacti,
studiosius mare quam terras exercuerunt, pifcan-
do, mercando: plerunque etiam latrocino maris
(quod illis temporibus gloria habebatur) vitam
tolerabant. Itaque in uitiam Oceanioram pro-
cedere ausi, in finum Gallicū ostio Rhodani am-
nis deuenere. Cuius loci amoenitate capti, reuersi
domum, referentes quæ viderat, plures ſollicitaue-
re. Duces clati Furius & Peranus fuere. Itaque
ad regem Segoregorum, Senanum nomine, in cu-
iis finibus urbem condere geſtiebant, amicitiam perent

Masilia.

petentes conueniunt. Fortè eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gypti filiæ erat, quam more gentis electo inter epulas genero, nuprum tradere illi parabat. Itaque cùm ad nuptias inuitati omnes* processissent, regantur & Graci hospites ad conuiuium. Introducta deinde virgo, cùm iuberetur à patre aquam porrigere ei quem vi- rum eligeret, tunc omīsū omnibus ad Gracos conuersa, aquam Perano porrigit: qui factus ex ho- spite gener, locum condendæ urbis à socero accepit. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo mari. Sed Ligures incrementis urbis inuidentes, Gracos assi- diuis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando instantum enituerunt, ut viatis hostibus in* Ca. *captiuis pertinis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur Galli & usum vitæ cultioris, deposita & mansuetata barbaria, & agrorum cultus, & urbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc & legi- bus, non armis viuere. tunc & uitem putare, tunc oliuam serere consueuerunt. Adeoque magnus & hominibus & rebus, impositus est nitor, ut non Graecia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Gra- ciā translata videretur. Mortuo rege Senano Segoregiorum, à quo locus acceptus condendæ ur- bis fuerat, cùm regno filius eius successisset Com- manus, affirmante regulo quodam, quandoque Massiliam exitio finitimiis populis futuram, oppri- mendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsam obrueret subiectit & illam fabulam: Canem ali- quando partu grauidam locum à pastore preca- rio petuisse, in quo pareret: quo obtento, iterariò per- tisse, ut sibi educare eodem loco catulos liceret: ad postremum adultis catulus, fultam doméstico praesidio, proprietatem loci sibi vendicasse: Non aliter

aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandeque dominos regionum futuros. His incitatus rex, insidias Massiliensibus extruit. Ita solenni Floraliorum die, multos fortis ac strenuos viros

* scirpeis hospitiū iure misit in urbem, plures* scripis latentes, frondibúsque supertectos induci vehiculis ibat, & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit, ut quum nocte à predictis aperte porte forent, tēpestiuē ad insidias adessent, urbēmque somno ac vino sepultam armati inuaderent. Sed has insidias mulier quadam regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Graco adolescentē solita, in amplexu iuuenis miserata forniam eius, insidias aperit, periculūmque declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert, atque ita patefactis insidijs, Ligures comprehēduntur, latentēsque

Inde etiā est de scirpis procrabuntur. Quibus omnibus inter quod cum te fectis, insidianti regi insidiae tenduntur. Cosa sunt cuit intrare cum ipsu rege hostium septem millia. Exinde urbem. Val. Max.

Massilienses festis diebus portas claudere, vigilius agere, stationera in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac veluti bellum habeāt, sic urbem pacis temporibus custodire: adeò illie bene instituta non temporum necessitate, sed recte faciente consuetudine seruantur. Post hac illis magna cum Liguribus, magna cum Gallis fuere bella: quæ res & urbis gloriam auxit, & virtutem Gracorum multiplicata victoria, celebrem inter finitos reddidit. Carthaginēsum quoque exercitus, cum bellum captis piscatorum nauibus ortum esset, sēpe fuderunt, pacēmque victis dedebunt: cum Hispanis amicitiam iunxerunt, cum Romanis propè ab initio cōditæ urbis fœdus summa fide custodierunt, auxilijsque in omnibus bellicis industriæ socios iuuerunt: quæ res illis & vi-

r, rium fiduciam auxit, & pacem ab hostibus prae-
 stit. Cum igitur Massilia fama rerum gesta-
 rum, & abundantia opum, & virium gloria vi-
 rente floreret, repente finitimi populi ad nomen
 Massiliensium delendum, veluti ad commune ex-
 tingendum incendium concurrunt. Dux consen-
 su omnium Caramandus regulus eligitur, qui
 cum magno exercitu lectissimorum virorum ur-
 bem hostium ob sideret, per quietem specie terus
 mulieris, quæ se deam dicebat, exterritas, ultro
 pacem cum Massiliensibus fecit: petitioque ut in-
 trare urbem, & deos eorum adorare liceret, cum
 in arcem Minerue venisset, conspecto in portici-
 bus simulacro deæ, quam per quietem viderat,
 repente exclamat, illam esse, quæ se nocte exter-
 ruisset, illam, quæ recedere ab ob sidione iussisset.
 Gratulatusque Massiliensibus, quod animaduer-
 teret eos ad curam deorum immortalium perti-
 nere, torque aureo donata dea, in perpetuum ami-
 citiam cum Massiliensibus iunxit. Parta pace,
 & securitate fundata, reuertentes à Delphis Mas-
 siliensium legati, quò miseri munera Apollini tu-
 lerant, audiuerat urbem Romanam à Gallis ca-
 pram incensamque. Quam rem nuntiatam domi
 publico funere Massilienses prosequuti sunt: au-
 rumque & argentum publicum & priuatū con-
 tulerunt, ad explendum pondus Gallis, à quibus
 redemptam pacem cognoverant. Ob quod meri-
 tum & immunitas illis decreta, & locus spectacu-
 lorum in senatu datus, & fædus a quo iure per-
 cussum. In postremo libro, Trogus maiores suos à
 Voscis originē ducere, axum suum Trogum Pom- * percepisse
 peium Sertoriano bello ciuitatē Cn. Pompeio * pe-
 percisse dicit: patruum Mithridatico bello tur-
 mas equitum sub eodem Pompeio duxisse, patrem
 quoque

Anuli cura, quoque sub Caio Cesare militasse, epistolarumque
quæ hodie penes Cancella & legationum, simul & anuli curam habuisse.
rios, ut vulgo appellamus,
est.

Iustini Lib. XLIV.

Graci, Plin.

*suppetat

Quacunque
ambitus ma-
ri. Plin. lib. vi.

Hispania sicuti Europæ terminos claudit, ita & huius operis finis futura est. Hæc veteres ab Ibero amne primum Iberiam, postea ab Hispalo Hispaniam cognominaverunt. Hæc inter Africam & Galliam posita, Oceani frero, & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor utraque terra, ita utraque fertilior. Nam neque ut Africa violento sole torretur, neque ut Gallia a siduis ventis fatigatur: sed media inter utraque, hinc temperato calore, inde felicibus & tempestiis imbris, in omnia frugum genera fœcunda est, adeo ut non ipsis tantum incolis, verum etiam Italie, utique Romanæ cunctarum rerum abundantiam sufficiat. Hinc enim non frumenti tantum copia magna est, verum etiam vini, mellis, oleique: nec ferri solum materia precipua est, sed & equorum pernices greges: nec summa tantum terra laudanda bona, verum & abstrusorum metallorum felices diutiae. Iam lini, spartique vis ingens, miny certè nulla feracior terra. In hac cursus amnum non torrentes, rapidique ut noceant, sed lenes, & vineis campisque irrigui, estuarisque Oceani affatim pescari. Plerique etiam diutes auro, quod in paludibus vehunt. Vno tantum Pyrenæi mons dorso adhæret Gallia, reliquis partibus undique in orbem maris cingitur. Forma terræ propè quadrata, nisi quod arctibus freti litoribus in Pyrenæum cogit. Porro Pyrenæi mons spatium sexcenta millia passuum efficit. Salubritas cœli

per omnem Hispaniam, aequalisque aeris spiritus, nulla paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt marinae auræ undique, a sidui flatus, quibus omnem prouinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, præcipua omnibus sanitas redditur. Corpora hominum ad inediām, laborēmque, animi ad mortem parati. Dura omnibus & stricta parsimonia, bellum quam ociū malunt. Si extraneus deest, domi hostem querunt. Sepe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quam vita celebatur. Eadem etiam bello Punico serui illius patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exultauit, serenaque latitia crudelitatem torquentium. Inter se dō Al-
drubale. Val.
Max.

vicit. Velocitas genti pernix, inquietus animus, plurimi militares equi, & arma sanguine ipsorum chariora. Nullus, nisi festis diebus, epularum apparatus. Aqua calida lanari post secundum bellum Punicum à Romanis didicere. In tanta seculorum serie nullus illu dux magnus, præter Viri- riatum fuit, qui annos decem Romanos varia vi Virtutis:
storias fatigauit (adeò feriū propiora, quam hemi-
nibus ingenia sunt) quem ipsum non iudicio popu-
li electum, sed ut cauendi scientem, declinando-
rumque periculorum peritum, sequitur sunt. Cuius
ea virtus, continentiaque fuit, ut cum Consulares
exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis
non armorum, non vestu cultum, non denique vi-
etum mutauerit: sed in eo habitu, quo primum
bellare coepit, perseverauerit, ut quis gregarius
miles ipso imperatore etiam opulentior videretur.

In Lusitanis iuxta fluuium Tagum, equas ven- Flante suo-
to concipere multi autores prodiderunt: quæ fabu- nio.
la ex equarum fœcunditate, & gregum multitu-
dine natæ sunt, qui tanti in Gallecia & Lusita- Gallegia.

nia, ac tam pernices videntur, ut non immerito
Meminit Hor. ipso vento concepti videantur. Gallici autem Gre-
lib. 1. Carm. cum sibi originem afferunt. Siquidem post fuisse
Od. 7.

Troiani belli, Teucrum morte Aiakis fratri in-
uisum patri Telamoni, quum non reciparetur in
regnum, Cyprum concessisse, atque ibi urbem ns-
mine antiqua patriæ Salaminam condidisse. Inde
accepta opinione paterna mortuus, patriam repetis-
se. Sed quum ab Eurydice Aiakis filio, accessu
prohiberetur, Hispaniae littoribus appulsum, loca,
vbi nunc est Carthago noua, occupasse, inde Gal-
Circa Baeticā leciam transisse, positisque sedibus genti nomen
dedisse. Gallicae autem portio, Amphilochi dicun-
tur. Regis cum aris & plumbi uberrima, tum
mihi, quod etiam vicino fluminī nomen dedit.
Auro quoque ditissima, adeò ut etiam aratro
frequenter glebas aureas excindant. In huius gen-
tis finibus sacer mons est, quem ferro violari ne-
fas habetur. Sed si quando fulgere terra proscis-
sa est (quæ in his locis assidua res est) detectum
aurum velut dei munus colligere permittitur.
Fœmina res domesticas, agrorumque culturas
administrant, ipsi armis & rapinis seruiunt: præ-
cipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso fer-
ro violentior. Quippe temperamento eius ferrum
acrius redditur: nec ullum apud eos telum pro-
batur, quod non aut Bibili fluui, aut Chalybe
tingatur. Vnde etiam Chalybes flauij huius fini-
timi appellati, ferroque ceteris præstare dicun-
tur. Saltus vero Tarthesiorum, in quibus Titanas
bellum aduersus deos gestisse prodit, incoluere

Gargoris. Curetes; quorum rex vetustissimus Gargorus, mel-
lis colligendi usum primus inuenit. Huic cum ex-
filia stupro nepos prouenisset, pudore flagitijs va-
rijs generibus extingui parvulum voluit, sed per
omnes

omnes casus fortuna quadam seruatus, ad postremum ad regnum tot periculorum admiratione peruenit. Primum omnium cum eum exponi iussisset: & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum, tramite angusto, per quem armenta comedere consuerant, proiec*t* iubet: crudelis prorsus qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici maluit. Ibi quoque cum inutolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primò ieiunis, & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam subibus objici iubet. Itaque cum non solum non nocerent, verum etiam quarundam uberbis aleretur, ad ultimum in Oceanum abiecti iussit. Tum planè manifesto quodam numine interfurentes astus, ac reciprocan tes undas, velut naue, non fluctu veheretur, lenti salto in littore exponitur: nec multo post, cerua affuit, que ubera parvulo offerret. Inde denique conuersatione nutricis eximia puero pernitas fuit: interque ceruorum greges duū montes saltus que haud inferior velocitate peragravit. Ad postremum laqueo captus, regi datus dono est. Tunc ad lineamentorum similitudinem, & ex notis corporis, quae inusta parvulo fuerant, nepos agnitus. Admiratione deinde tot casum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. Nomen illi impositum Habidis: qui ut regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, ut non frustra deorum maiestate periculus ereptus videretur. Quippe barbarum populum legibus iunxit: & boves primo aratro dimari, frumentaque sulco serere docuit, & ex agresti cibo melioribus vesci, odio eorum que ipse passus fuerat, homines coegerit. Huius casus fabulosi viderentur, nisi &

Habidis.

Romanorum condicēres lupa nutriti, & Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria seruilia populo interdicta, & plebs in septem urbes diuisa. Mortuo Habide regnum per multa secula à successoribus eius retentum est. In alia parte Hispanie, & quæ ex insulu constat, regnum penes Geryonem fuit. In hac pabuli tanta latitia est, ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis, quæ illis temporibus sole opes habebantur, tanta famæ fuere, ut Herculem ex Asia praedam magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt: sed tres fratres tanta concordia extitisse,

Geryon tricor
por vnde.

*regere ut uno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculis sua sponte intulisse: sed quum armenta sua rapi videntur, amissa bello repetisse. Post regna deinde Hispania primi Carthaginenses imperium prouincia occupauere. Nam cum Gaditanis à Tyro, unde & Carthaginem origo est, sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent, urbemque ibi condidissent, inuidentibus incrementis nouæ urbis, finitimus Hispanie populis, ac propterea Gaditanos bello lacepsentibus, auxilium consanguineis Carthaginenses miserunt. Ibi felici expeditione & Gaditanos ab iniuria vindicauerunt, & maiorem partem prouincia imperio suo adiecerunt. Postea quoque horribus prima expeditionis auspicijs, Amilcarem imperatorem cum magna manu ad occupandam prouinciam miserunt: qui magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur, in insidias deductus, occiditur. In huius locum gener ipsius Hasdrubal mittitur, qui & ipse à seruo Hispanis iususdam, ulciscente domini iniustas necem, imperfect.

serfctus est. Maior viroque Annibal imperator
 Amilcarus filius succedit. Si quidem res gestas v-
 triusque supergressus, vniuersam Hispaniam do-
 muit: inde Romanis illato bello, Italiam per an-
 nos sedecim varijs cladibus fatigauit: cum inter-
 ea Romani, missi in Hispaniam Scipionibus, pri-
 mò Pœnos prouincia expulerunt. Postea cum ipsis
 Hispanis grauia bella gesserunt: nec prius perdo-
 mitæ prouincia iugum Hispanie accipere potue-
 runt, quam Casar Augustus per domito orbe,
 victoria ad eos arma transtulit, popu-
 lumque barbarum ac ferum, legi-
 bus ad cultiorēm vitæ usum
 traductum, in for-
 man prouincia
 rededit.

*

F I N I S.

3

Vita



V I T A E E T M O R V M
 C. Iulij Cæsaris Dictatoris
 perpetui Epitome ex Io. Ba-
 ptista Egnatio Veneto.



Aius Iulius Cæsar L.Cæsaris; &
 Aurelia filius natus fuit Romæ
 C. Mario & L. Valerio Flacco
 Coss. ad 4. Idus Quintileis: qui
 mēsis post eius mortem lege An-
 tonia Iulus est ea causa dictus:
 educatus apud Aureliam matrem C. Cotta fi-
 liam, & Iuliam amitam C. Marij coniugem: un-
 de illi patricio amor plebeia factio[n]is, & odium
 Scylla. Primus hic perpetuam dictaturam inua-
 sit.
 Egnatii Epi-
 tome.

fit. Debellata enim intra decenium Gallia, tentata tunc primum Britannia, & Germanis in sylvas ac paludes suas compulsa, in Italiam descendit: eaque, solita celeritate recepta, Hispanisque pacatis, Pompeiu Magnum Pharsalico prælio fudit. Cumque de omnibus hostibus triumphasset, tandem anicissimorum coniuratione tribus ac vi-

ginti vulneribus confessus, periret, etatis anno sexto Cæsaris interitus, viginti quinquagesimo. Dictatura vero inita anno
 IIII. Vir pacis bellique artibus & in primis clementia longè clarissimus: si libertatis assertor, illatis.

quād inuasor esse malueret. Hac Egnatius. Nihil in hoc Cæsare defuit, quod & viro summo ad esse oportuisset: in eo consilium, eloquentia, vigor, constantia, militaris discipline, omniumque altissimaru artium studium, & quod ad gratiam conciliandam plurimum valet, mira quedam liberalitas: quibus ille gradibus ex humili fortuna ad summum rerum humanarum peruenit fastigium.



t 4

DE



DE VITA ET M O-
ribus Imperatorum Romano-
rum, excerpta ex libris Sex.
Aurelij Victoris, à Cæsare
Augusto usque ad Theodo-
sium Imperatorem.

D. Cæsar Octavianus Augustus.



Anno Vrbis conditæ DCCXXII.
ab exactis vero regibus CCCC-
LXXXIIS, mos Romæ repetitus, uni
prosperus parendi, pro rege Imperatori,
vel

vel sanctiori nomine Augusto, appellaro. Oct. Anam Octa-
uianus igitur patre Octavio Senatore genitus, ma-
ternum genus ab Aenea per Iuliam familiam for-
tus, adoptione vero C. Cæsar is maioris avunc-
li C. Cæsar dictus, deinde ob victoriam Augustus
cognominatus est. Ille in imperio positus, Tribu-
nitiam potestatem per se exercevit. Regionem rit.

Aegypti inundatione Nili accessu difficilem, in-

uiamq; paludibus, in prouincia formam redigit.

Quā ut annonæ urbis copiasam efficeret, fuisse in-

curia vetustatis limo clausas, labore militum pa-

tefecit. Huius tempore ex Aegypto urbi annua Ob id horreū

ducenties centena millia frumenti inferebantur. Pop. Romani

Ille Cantabros & Aquitanos, Rhetos, Vindeli-

cos, Dalmatas, numero prouinciarum populi Ro-

mani coniunxit: Sueuos, Cattosq; deleuit, Sicam-

bros in Galliam transstulit. Pannonios stipendia-

rijs adiecit, Getharum populos, Bastarnasq; laces-

sitos bellis ad concordiam compulit. Huic Persæ

obsides obtulerunt, creandiq; regis arbitrium per-

misérunt. Ad hæc Indi, Scythæ, Garamantes, Ae-

thiopes, legatos cum donis misérunt. Adeò denique

Ob id horreū
Pop. Romani
appellant.

Vnde sub eo
tertio Ianus
clausus est an
no ab urbe co-
dita 751. quo
nat' est Chri-
stus Iesus.

folia in fructuosa, in discriminem per incertos euentus

certaminum, securitatem ciuium præcipitare.

Neque imperatori bono quicquam minus, quam

temeritatem congruere. Satu celeriter fieri, qui-

quid commode gereretur. Armâque, nisi maioris

emolumenti causa, nequaquam mouenda esse, ne

compendio tenui, iactura graui petita victoria,

similis fit hamo aureo pescantibus, cuius abrupti

amissione detrimentum nulla captura lucro pen-

sari potest. Huius tempore trans Rhenum vastatus est Romanus exercitus, atque Tribunus & Propraetor casus. Quod instantum accidisse perdoluit, ut cerebri valido incusso parietem pulsaret, ueste capillaque, ac reliquis lugentium indicis deformis. Annunculi quoque inuentum vehementer arguebat, qui milites com militones novo blandoque more appellans, dum affectat charior fieri, autoritatem principis emolliuerat. Denique erga ciues clementissime versatus est. In amicos fidus exitit: quorum praecipui erant ob taciturnitatem Meccanias, ob patientiam laboris modestiamque Agripa. Diligebat præterea Vergilium: rarus quidem ad accipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Liberalibus studijs, præsertim eloquentia instantum incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Leges alias novas, alias correctas promulgit suo nomine. Auxit, ornauitque Romam adscitis multis, isto glorians dicto, V R B E M L A T E R I T I A M R E P E R I, R E L I N Q V O M A R M O R E A M. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi & lepidi, corpore tuto pulcher, sed oculis magis: quorum aciem clarissimorum fiderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam solis radiis aspectu suo. Ac cuius fracie dum quidam miles se auerteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit, Quia sumen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen vir tantus vicijs caruit: fuit enim pauculum impatiens, leniter iracundus, occulte inuidus, polam factiosus. Porro autem dominandi supra quam astimari potest cupidissimus: studiosus aice tesor. Cumque esset tibi ac vini multi, aliquatenus vero somni abstinenſ, seruitebat ramen

Quintili Va-
re, redde le-
giones.

men libidini usque ad probrum, vulgaris fama.
 Num inter duodecim catamitus, tolidemque
 pueras accubare solitus erat. Abiecta quoque uxo
 re Scribonia, amore aliena coniugis possessus, Li-
 uitam quasi marito cōcedente sibi coniunxit; cuius
 Liuiae iam erant filii Tiberius & Drusus. Cūm-
 que esset luxuria seruiens, erat tamen eiusdem vi-
 tū seuenſimus uictor: more hominum, qui in ul-
 ciscemis virtutis, quibus ipſi vehementer indulget,
 acres sunt. Nam & poētam Ouidium, qui & Na-
 ſo, pro quoq[ue] tres libellos amatoriae artis conscri-
 psit, exilio damnauit. Quodque est laeti animi, vel
 amoeni, oblectabatur omni genere ſpectaculorum,
 præcipue ferarum incognita ſpecie, & infinito
 numero. Annos septem & septuaginta ingressus,
 Nola morbo interiit: quanquam alij ſcribant, do-
 lo Liuiae extinctum, metuentis, ne quia priuigna
 filium Agrippam, quem odio nouere alii in insu-
 lam relegauerat, reduci compererat, eo ſumma-
 rerum adepto, penas daret. Ig: tur mortuum, ſeu
 necatum, multis nouisque honoribus ſenatus cen-
 ſuit decorandum. Nam præter id quod antea pa-
 trem patriæ dixerat, templa tam Romæ, quam
 per urbes celeberrimas ei consecrauit, cunctis vul-
 gò iactantibus, Utinam aut non naceretur, aut
 non moreretur. Alterum enim peſimi incepti, exi-
 tus praetuli alterum. Nam & in adipiscendo prin-
 cipatu, oppressor libertatu est habitus: & in geren-
 do ciues ſic amauit, ut tridui frumento in horreis
 quondam uiso, statuiffet veneno mori, ſi e prouin-
 cij clafes interea non venirent. Quibus aduectis,
 felicitati eius ſalus patriæ eft attributa, Impera-
 uit annis quinquaginta, & V I. & X I I. cū Anto-
 nio, X L. verò & quatuer ſolus. Qui certè nūquam
 aut reipublica ad ſe poterit jam traxifet, aut rādiu-
 ea poti

ea potiretur, nisi magnis nature & studiorum bonis abundasset.

Claudius Tiberius.



Nerones Hunga
Sabina
fortes appellat
Tranq.

Claudius Tiberius Liuie filius, Caesaris Octaviani priuignus, imperauit annis vigintiquatuor. Iste qui Claudio Nero dicebatur, eleganter à iocularibus Caldius Biberius Mero, ob vinolentiam nonsinatus est. Satis prudens in armis, satique fortunatus ante sumptum imperium sub Augusto fuit ut non immerito Reipublicæ dominatus ei committeretur. Inerat ei scientia literarum eloquio clarius, sed ingenio pessimo, truci, auaro, insidioso. simulâ ea se velle, qua nollebat: His quasi infensus, quibus consultum cupiebat: his vero quos oderat, quasi benevolus aparens,

rarens. Repetitius responsionibus aut consilij me-
 jor, quam meditatus. Denique delatum à patri-
 us principatum, quod quidem astu perfecerat, fi-
 tè abnuere, quid singuli dicerent, vel sentirent,
 atrociter explorans: qua res bonos quoque pessimum
 edidit. Aestimantes enim ex animo cum longa ora-
 tione imperialis molestia magnitudinem declina-
 re, cum sententias ad eius voluntatem promunt, in-
 cessere exitia postrema. Itē Cappadocas in pro-
 uinciam, remota Archelao rege eorum, rededit:
 Getulorum latrociniæ repressit, Marabodus Sue-
 uorum regem, callide circumuenit. Cum immanni
 furore insontes, noxios, suos pariter externosque pu-
 niret, resolutis militiae artibus, Armenia per Par-
 thos, Mœsia à Dacis, Pannonia à Sarma-
 tis, Gallia à finitimiis gentibus direptæ
 sunt. Itē post L X X V I I I . an-
 num & mensē I I I I . in-
 sidij Caligula ex-
 tintus est.

*

L. 6



ac pauidus, libertorum & coniugii imperij subiectus fuit. Huius tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus, continuo occiditur. Mauri provincij à Casare pulsi, casa Musalamorum manus est, à qua Claudia Pompei introducta. Huius uxor Messalina primo clam, mox passim quasi iure, adulteriis utebatur: ex quo facta plures metu abstinentes, extinti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & virgines, scortorum modo secum proposuerat, coactique mares ut adessent. Quod si quis talia horruerat, adficto criminis in ipsum omnemque familiam seueicbatur, ut magu videretur sub imperatore viro, quam imperatori nupta esse: ita liberti eius potestatem summam adpeccari, stupris, exilio, cade, proscriptiōnibus omnia fœdabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudaei prefecit. Post id eunuchos post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia sanguinem participi victoria dono dedit: Polybum inter consules medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini: Pallas prætoriis ornamenti sublimatus, adeò diues ut causante eo inopiam fissi, lepidissime famoso elogio vulgatum sit, Abundet pecuniam fore, si à duobus libertu in societatem recipereatur. Huius temporibus visus est apud Aegyptum phœnix, quam ferunt volucrem ann. D. ex Arabia memoratos locos aduolare: atque in

Huius Felicis
mentio sit in
Act. Apok.

Hoc fallum. Agae mari repente insula emersit. Hic Agrippe Plin. scripinus Germanici fratri sui filiam, uxorem duxit, que filio imperium procurans, primo priuignos insidias multiformibus, dehinc ipsum coniugem veneno intererunt. Vixit annis sexagintaqua tuor, cuius fumus, ut quondam in Tarquinio Prisco,

Hoc fallum.
Agae mari
repente
insula
emersit.

diu occultatū, dū arte muliebri corrupti custodes a Moguntia n.
grū simulāt, Nero priuignus imperij iura suscepit, cum putant,

Domitius Nero.



Domitius Nero, patre Domitio Aenobarbo genitus, matre Agrippina, imperauit annis tredecim. Iste quinquevno tolerabilis visus. Inde quidam prodidere Traianum solitum dicere, procul distare cunctos principes à Neronis quinquennio. Hic in urbe amphitheatum & lauacra construxit. Pontum in ius prouincia Polemonis Reguli permisso rededit, à quo Polemoniacus pontus appellatus est: idemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo. Eo nanque dedecore reliquum vitæ egit, ut pudeat memorare huiusmodi quenquam. Eò progres-

sus est, ut neque sua, neque aliorum pudicitia par-
cens, ad extremum amictus nubentium virginum
specie, palam conuocato senatu dote dicta, cuncta
festa de more frequentatibus, nuberet. Pelle testu-
fere, utrique sexus genitalia vultu contrectabat.
marrem etiam stupro contaminauit, quamque profi-
mendum interemit. Octauiam & Sabinam cogni-
mento Poppeam, in matrimonium duxit, viru e-
rum trucidatis. Tunc Galba in Hispania procul
& C. Iulius imperium corripiuere. Vbi aduentare
Nero Galbam didicit, Senatusque sententia con-
stitutum, ut more maiorum collo in furcam conie-
cto, virginis ad necem cederetur, desertus undique
noctis medio egressus urbem, sequentibus Phaone
Epaphrodito, Neophitog, & spadone Sporo, quem
quondam Nero exequum formare in mulierem te-
tauerat, semet iuctu gladii traesegit, adiuuante tre-
pidantem manum impuro, de quo diximus, eunu-
cho Sporo: quum sanè prius nullo reperto, à quo fe-
riretur, exclamaret, Itane nec amicum habeo, nec
inimicum? dedecorosè vixi, turpius peream. Pe-
rīt anno etatis X X X I I. Hunc Persa intantum
dilexerunt, ut legatos mitterent, orantes copiam
construendi monumenti. Ceterum adeò cun-
ta provincia, omnisque Roma interi-
tu eius exultauit, ut plebs indu-
ta pilei manumissionum,
tāquam seuo exem-
pta dominio,
triumpha-
ret.

pileūsumere,

Sergi



Sergius Galba.



Galba nobili Sulpitiorum genere proge-
nitus, imperavit menses septem, diésque
tottidem. **I**ste in adolescentes infamis, ad
vescendū intemperans fuit, trium ami-
corum consilio, id est, Iunii, Cernely, & Caeli cun-
cta disponens: adeo, ut inter Palatinas ades, pari-
& vulgo pedagogi dicerentur. **H**ic ante sum-
ptuam dominationem, multas provincias egregie ad
ministravit, militem severissime tractans, ita ut
ingresso eo castra vulgaretur statim, D: se mili-
tare miles, Galba est, non G'eulicus. Cum LXXXIII.
etatis annum ageret, dux, factione Othonis ac-
casas legiones, lorica testus, lenire contenderet, ad la-
cum Curium cæsus est.


Otho Syluius.



Syluius Otho splendidis ortus maioribus
ex oppido Ferentino, imperauit menses
quatuer. Vita omni turpis, maximè ado-
lescentia. Hic à Vitellio primum apud
Placentiam, dehinc apud Bebriacum vicitus,
semet gladio transfixit, anno etatis
XXXII. adeo amabilis mili-
tibus proprijs, ut plerique
corpore eius viso, suis
manibus inte-
rierint.

*

Anlue



Aulus Vitellius.



Vitellius eris familia nobili, patre Luscio Vitellio tertio consule, imperauit menses VIII. Ille mente crudelis auarusque cum profusione fuit. Huius tempore, Vespaianus in Oriente principatum abriput: a cuius militibus certamine sub muris urbis habito, superatus, & palatio, quo se abdiderat Vitellius, vinctus a tergo manibus productus, circunducitur ad spectaculum vulgi. Ac ne homo impudens, in extremis saltet malorum qua gesserat, rubore facie demitteret, subiecto in mensum gladio, seminudus, multu cano, simo, & ceteris turpioribus dictu purgamentu vultum eius incessentibus, per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespaiani fratrem necari permiserat.

Inde vace-
tratus in Ti-
berim. Tran-
quil.

numeris istib[us] confessus interi[et]. Vixit annū
quinquaginta septem. Hi omnes quos paucis atti-
gi, pricipue Cesarum gens, adeo literis culti, at-
que eloquentia fucrē, ut ni cunctis virtūs, absque
Augusto, nimī forent, profectō traxissent immo-
dica flagitia.

Vespasianus.



Vespasianus imperauit annis decem.
Huius inter cetera bona illud singu-
lare fuit: inimicitiā obliuisci, adeo ut
Vitellij hostis sui filiam locupletissi-
mè derat am, splendissimo coniungeret viro. Fer-
bat patienter amicorum motus, cōtumelias eorū,
ut erat facetissimus, dictis iocularibus resjōdens.
Namque Licinii Mūriani, quo admirore ad
imper

imperium peruererat, fiducia n̄leritorum insolen-
 tem flectebat, adhibito aliquo utrique familiaris,
 id v̄rum dicens, Nōsti me virum esse. Sed quid
 virum in amicis, cūm etiā causidicorum obliqua
 dicta, & philosophorum contumacia contemneret?
 Iste exanguem diu, fessumque terrarū orbem bre-
 ui refecit. Namque primū satellites tyrannidis,
 nisi qui forte atrocius longè processerant, flectere
 potius maluit, quam excruciatos detere, pruden-
 tissimē rauis, nefaria ministeria à pluribus me-
 tu curari. Præterea legibus aquisitip̄ monendo,
 quodque vehementius est, vii & specie vitiōrum plu-
 ra aboleuerat. Infirmus tamen, ut quidam prae-
 putant, aduersus pecuniam: cūm satis constet, era-
 rij inopia, & clade urbiū, nouas eū, neque postea
 habitas vectigalium pensiones exquisiſſe. Hic
 Romani deformem incendijs veteribus, ac ruinis,
 permissa, si domini decessent, volentibus adſiſſandi
 copia, Capitolium, adēm Pacis, Claudijque moni-
 menta reparauit multaque noua instituit per o-
 mnes terras, quā ius Romanum est, renouatae ur-
 bes cultū egregio: via operibus maximus munīcē
 sunt. Tunc cauati montes per Flaminīā sunt pro-
 no transgressi, que vulgariter Pertusa petra
 vocatur, Mille gentes compoſitā, cūm ducentas
 agerrimē reperiffet, extinctus autia tyrannorum
 plerisque, Rex Parthorum Vologeses, metu solo in
 pace Coactus est: Syria seu Palæstina, necnon Ci-
 licia, Tracheta, & Comagene, quam hodie Augu-
 stophratēsem nominamus, prouincijs accessere: Lu-
 dai quoque additi sunt. Hic monentibus amicus,
 vt caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo per-
 crebuerat, regnaturum, Consulē fecit, alludens tali
 cauillo, Quandoque memor erit tanti beneficij. In-
 stitutū verò uniforme omni imperio tenuit. Vigili-
 inuidiam, Optimū hoc
 ad abolēdam

lare de nocte, publicisque actibus absolutis charos
admittere, dum salutatur calceamenta sumens,
& regium vestitum. Post autem negotijs qua-
cunque aduenissent, auditis, exerceri vettatione,
deinde requiescere. postremo ubi lauisset, remis-
siore animo conuinium curabat. Plura dicere stu-
dium coegerit imperatoris boni, quem ab Augusti
morte post annos V I. & L. Romana Republica
exanguis sauitia tyrannorum, quasi fato quodam,
ne penitus rueret, adsecuta est. Itaque annū agens
vitæ absque uno septuagesimum, serujs ioca, qui
bus delectabatur, admiscens, interiret. Quippe

primò cum crinitum fidus apparuisset:

Istud, inquit, ad regem Persarum

pertinet, cui capillus effusior. De-
inde ventris ingluwie fessus,

& assurgens,stantem, ait,

imperatorem ex-
cedere terris

decet.

*

Titus.



Titus.



Titus vocabulo patris etiam *Vespasianus* dictus, matre liberta *Domicilla* nomine genitus, imperauit annos duos, & menses XI. diesque viginti. Ita à puerō praeclaris studijs probitatis, militiae, literarum instantissimè deditus, quò contenderebat, animi & corporis muneribus ostendit. Hic ubi patria curam suscepit, incredibile est, quantum quos imitabatur anteaerit, præcipue clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecunia cõtemptio: qua eò amplius grata fuere, quòd ex nonnullis à priuato adhuc priuatis asperior, luxuriaque & auaritia amans credebatur fore. Nāque præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, suspectum quenque & oppositum sibi, immisit qui per theatrum

tra & Castra inuidi: sa iactantes ad pœnā pescerent, quasi criminis coniuctos oppresbit. In quibus Cecinnapi Corsularem adtributum cœnae, vixdum triclinio egressum, ob suspitionem stupratae Peregrini uxoris sua, angulari iubet. Iurgia autem sub patre venundata, rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti vocares opinantésque summam rerum natalium, grauiter acceperant. Sed hac in me-

Deliciz ihu: lus conversa, adeo ei immortalem gloriam conmani gene tulere, ut delicia atque amor humani generis apellaretur. Denique ut subiit pondus regium, Berenicen nuptiar suas spirantem, regreat domum, & eneuatorum greges abire præcipit: quo facto, quasi signum protulit mutatae imperatia. Dehinc cum donata, concessive à prioribus principibus firmare insequentes solerent: simi ut imperium cepit, talia posidenibus editio sponte cavit, vel concessit. Quadam etiam die, recordas vesperi, mihi se euquam præstisſe, venerando cœ-

Titi vox cœlestique dicto. Amici, ait, P E R D I D I M V S
Lekis.

D I E M, quia erat magnifica liberalitatū. Clementiam vero usque eo perduxit, ut amplissimi ordinis duo, cum aduersus eum coniurassent, neque abnuere cognitorum scius quirerent, monuerunt primò, post deductos in spectaculum se utrinque assidere iusserit: petitoque ex industria Mirmillionū, quorum pugnae visebantur, gladios, quos si ad explorandam aciem, uni atque alteri commiserit: quibus perchulis, & constantiam mirantibus dice-

Potestate faciat, Viderus ne P O T E S T A T E S FATO
to dari.

D A R I, frustraque tentari facinus possundi se, zet amittendi metu? Fraitem quoque Domitia-
num parantem insidias militumque animis soli-
citantem, flens sapientis obtestans est, ne parricidio
iisque cuperet, quod & se volente efficit obueniu-
rum

um ei, etiam haberet, cum sit particeps potesta-
gu. Huius tempore mons Vesuvius in Campania
ardere coepit, incendiūmque Romæ sine nocturna
requie per triduum fuit: lues quoque, quanta vix
unquam ante a fuit. Quibus rāmen malis nonnullis
vexatis, pecunia propria subuenit cunctis re-
mediorum generibus: nunc agrotantes per semet-
ipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus
afflictos. Vixit annos quadraginta unum, & in
eodem, quo pater apud Sabinos, agro, febre in-
terit. Huic mōris credi vix potest, quan-
tum luctus urbi, proutne ijsque intule-
rit, adeo, ut eum delicias publi-
cas, sicut diximus, appellā-
tes, quasi perpetuō custo-
de orbatum terra-
rum orbem de-
flerent.
*

Domi



Domitianus.



Domitianus & Domicille liberta filius, germanus Titi, imperauit annis X V. Iste primo clementiam simulans, neque adeo iners, domi bellique tolerantior videbatur: id circoque Cattos Germanosque deuicit, ius equissime dixit. Roma multa edificia vel cœpta, vel à fundamento construxit: bibliothecas incendio consumptas, petitis undique, præsertim Alexandria exemplis, reparauit. Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extenta manus viri procul positi spicula transuerlarent. Deince atrox cedibus, bonorum supplicia agere coepit, ac more Caligulae dominum sese. Deumque dici coegit, signisque ridiculè remotu ensibus, muscarum agmina persequebatur: furē libidi

libidine, cuius sœdum exercitiuri Gracorum lingua κλινοτάλην vocabat. Hinc percunctantem cuidam, quisquamne in palatio esset, responsum est, Ne musca quidem. His eius sauitijs, ac maxime iniuria verborum, qua se scortum vocari dolebat, accensus Antonius, curans Germaniam superiorum, imperium corripuit. Quo per Normannum Appium acie strato, Domitianus longè de-
terior in omne hominum genus, etiam in suos fe-
rarum more grassabatur. Igitur metu crudelita-
tis, & conscientia sua coniurauere plerique, impul-
soribus Parthenio procurante cubiculum, & Ste-
phane: & tum ob fraudem interceptæ pecunia, sup-
plicium suspectante Clodiano, adscita etiam in
consilio tyranni uxore Domitia, ob amorem Pa-
ridis histrionis à principe cruciatus formidante,
Domitianum multis vulneribus confodiunt, post
annum V. & X. l. vita. At Senatus gladiatoriis
more funus efferri, radendumque nomen decrevit.
Huius tempore seculares ludi celebrati sunt.

Cocceius Nerua.

Hactenus Roma, seu per Italiam orti imperium rexere, hinc aduenæ: unde compertum est, urbem Romanam exter-
norum virtute creuisse. Quid enim Nerua prudentius, aut moderatius? quid Traiano diuinus? quid præstatius Adriano? Cocceius Nerua oppido Narvensi genitus, imperauit menses X. i. dies X. Itte cum imperiū suscepisset, mox rumore orto, viuere atque affore Domitianum, perinde trepidauit, ut colore mutato, verbu amis-
sis, vix confisteret: sed à Parthenio confirmatus, recepsa fiducia ad solenne delinimentum conuer-
sus est.

sus est. Qui cum in curia a senatu grataanter exceptus esset, filius ex omnibus Arrius Antoninus, vir acer, eique amicis ita cōditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait Senatui & populo, prouincijsque, ipsi autem nequaquam cui satius fuerat males semper principes eludere, quam tanti oneri vim sustinentem, non molestis modo & periculis subiecti, sed farnæ etiā inimicorum pariter & amicorum, qui cum se nueri omnia presumunt, si quicquam non extorserunt, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Iste quicquid antea pœna nomine tribui ac cesserat, inducit: afflitas ciuitates releuauit: pueras, puerisque natos parentibus egestatis sumptu publico per Italia oppida ali iusserit. Hic ne accessu maleuolorum terroretur, Iunij Mauritiū constans viri dicto ita admonetur. Qui coniuio familiari adhibitus, cum Veientonem consulari honore functum quidem, apud Domitianum tamen multos occulit criminibus persecutus, adesse vidisset, inter colloquia mentione Catuli facta, calumniatoru precipui, dicente Nerua. Quid nunc nius appellatur, si Domitiano superuixisset? Nobiscum, inquit Mauritius, cenaret. Hic iurgiorum disceptator & scientissimus & freques fuit. Calphurnium Crassum, promisibus ingentibus animos militum pertinantis, detectum, confessumque, Tarentum cum uxore remouit, paribus levitatem eius increpantibus. Cumque interfactores Domitiani ad exitium posserentur, tamen est consternatus, ut neque vomitum, neque impetum ventris valuerit diffire. Et tamen vehementer obstitit, dictans aquius esse mori, quam autoritatem imperij sedare, proditis potestia sumenda auctoribus. Sed milites neglecto principe, requisitos Petronium uno

Mauricū Plinius appellatur, faceret, si Domitiano superuixisset? Nobiscum, inquit Mauritius, cenaret. Hic iurgiorum disceptator & scientissimus & freques fuit. Calphurnium Crassum, promisibus ingentibus animos militum pertinantis, detectum, confessumque, Tarentum cum uxore remouit, paribus levitatem eius increpantibus. Cumque interfactores Domitiani ad exitium posserentur, tamen est consternatus, ut neque vomitum, neque impetum ventris valuerit diffire. Et tamen vehementer obstitit, dictans aquius esse mori, quam autoritatem imperij sedare, proditis potestia sumenda auctoribus. Sed milites neglecto principe, requisitos Petronium uno

ſu. Parthenium verò, demptis prius genitalibus,
et in os coniectis, iugulauere: redēpto magnis sum- * Acliario
pubus* Gasperio, qui scelere tam truci insolētior,
Neruam compulit referre apud populum gratias
militibus, quia pessimos, nefandosque omnium mor-
talium peremissent. Hic Traianum in liberi lo-
cum, inq[ue] partem imperij adoptauit: cum quo tri-
bus vixit mensibus. Qui dum surgerente ira, no- Opinor esse
Opinor esse
M. Regulam
quem Pl. ju-
nior omnium
bipedum ne-
quissimū vo-
cat.

Vlpius Traianus.

Vlpius Traianus ex urbe Tuderina,
Vlpius ab aeo dictus, Traianus à Traio paterni generu autore, vel de nomine Traiani patris sic appellatus, imperauit annis viginti. Iste talem se Reipub: præbuit, quale vix aequaliter exprimere valuerunt summorum scriptoruni miranda ingenia. Hic imperium apud Agrippinam, nobilē Galliae coloniā, Agrippina, suscepit, habens diligentiam in re militari, in ciuitatibus lenitatem, in sublevandi ciuitatibus largitionem. Cumque duo sint, quae ab egregijs principiis expertuntur, SANCTIPAS DOMIN
ARMIS FORTIIVDO, VTRQUIQUE PRUDENTIA, tantus erat, in eo maximarū rerum modus, ut quasi temperamento quodā virutis misi: uisse videretur, nisi quia cibo vinoque paululum deditus erat: liberatus in amicos, & tanquam vita conditione par societatibus perfui. Hic ob honorem* Suræ, studio cuius imperium abriuerat, lauera cōdidit. De quo superuacaneum videtur cuncta velle nominatim promere, cū satis sit exultum atque emendatum dixisse. Fuit enim patiens

* Licinij,



patiens laboris, studiosus optimi cuiusque, ac belli-
cosi, magisque simpliciora ingenia, aut eruditissi-
mos, quāvis ipse parca esset scientiae, moderatèque
eloquens, diligebat. Iustitia vero, ac iuris humani
diuinique tam repertor noui, quam inueterati cu-
stos. Quae omnia eò maiora visabantur, quoniam
per multos atque atroces tyrannos perditos atque
prostratos statu Romano, in remedium tantorum
malorum diuinitus credebatur opportunè datus,
usque eò, ut adueniens imperium eius pleraque
mirifica denuntiauerint. In queis præcipuum cor-
nicem è fastigio Capitoli Atticis sermonibus ef-
fata, uultus ē 5 ui. Huius exusti corporis cineres
relati Romam, humatique Traiani foro sub eius
columna, & imago superposita, sicuti triumphan-
tes solent, in urbem inuecta senatu preceunte, &
exercitu. Eo tempore multò perniciiosius, quam sub
Nerua Tyberis inundauit, magna clade adiun-
& terre motus grauis per prouincias multas,
atroxque pestilentia, famesque, & incendia facta
sunt. Quibus omnibus Traianus per exquisita re-
media plurimum opitulatus est: statuens ne domo-

Tyberis exun-
dat.

Lex edifica-
rum altitudo L X. superaret pedes: ob ruinas fa-
ciles, & sumptus si quando talia contingenterent, exi-
tiosos. Vnde merito PATER PATRIAE

Traianus pa-
ter patriæ di-
sus.

Aelius Adrianus.

AElius Adrianus stirpis Italica, Aelio
Adriano Traiani principis consobri-
no Adria orto genitus: quia id oppi-
dum agri Piceni, etiam mari Adria-
naticū, ma-
tico nomen dedit. Imperauit annis duodecim. Hic
te vnde. Gracis literis impensis eruditus, à plerisque Gre-
culi

Adriaticū, ma-
tico nomen dedit. Imperauit annis duodecim. Hic

ulus appellatus est, Atheniensium studia, moresq;
auxit, poëtico non sermone tantum, sed & ceteris
disciplinis canendi, psallendi, medendiq;
scientia, musicis, geometria, pictor, pictor, emulatorq;
ex aere
vel marmore proximè Polycletos, & Euphrano-
ras. Proinde omnino ad ista * effectus, ut elegan- * effectus
tius nunquam, raro quicquam humanæ res exper-
tie videantur, memor suprà quam cuiquam credi-
bile est locos, negotia, milites, absentes quoque nomi-
nibus recensere, rem immensi laboris. Quippe qui scripsit, dicta
provincias omnes pedibus circumierit, agmen co- uit, audiuit, &
mitantium præuertens, cum oppida uniuersa resti-
tueret, augeret ordinibus. Nanque ad specimen le-
gionum militarium fabros, perpendiculatores, ar-
chitectos, genüsque cunctum extruendorum mæ-
nium, seu decorandorum in cohortes centurianerat.

Varius, multiplex, multiformis ad vitia atq;
virtutes, quasi arbiter genitus, impetum mentis quo-
dam artificio regens: ingenium inuidum, triste, la-
scivum, & ad ostentationem sui insolens callide te-
gebat. Continentiam, facilitatem, & clementiam
simulans, contraq; disimulans ardorem gloriae quo
flagrabat, acerrimus ad laceendum pariter, &
respondendum serujs, ioco, maledictus: referre car-
men carmini, dictum dicto: prorsus ut meditatum
crederes aduersus omnia. Huius uxor Sabina, dum
propè seruilibus iniurijs afficitur, ad mortem ua-
luntariam compulsa: quæ palam iactabat, quam
immane ingenium pertulisset: & elaborasse, ne ex
eo humani generis pernicies grauidaretur. Hic
morbo subtercutaneo, quæ diu placidè pertulerat,
victus, dolore ardens, impatiensque plures è sena-
tu extinxit: A regibus multis pace occultis mune-
ribus impetrata, iactabat palam, plus se ocio ade-
pium, quam armis cæteros. Officia sanè publica &

Vno tempore
cum amicis fa-
bulatus est.
Spartia.

* LXXXI Palatina, necnon militiae, in eam formam statuit, quæ paucis per Constantimum immutatis hodie perseverant. Vixit annos * LXII. dehinc miserabilis exitu consumptus est, cruciatu membrorum ferè omnium confectus, in tantum, ut sese interficendum ministrorum fidissimis precans offerret: ac ne in semetipsum sauiret, custodia charissimorum seruaretur.

Antoninus Pius.

Antoninus Fulvius, seu Boionius dictus, postea etiam Pius cognominatus est, imperavit annis XXIII. Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tanto bonitatis in principatu fuit, ut haud dubie sine exemplo vixerit: quamuis eum Numa contulerit atas sua, cum orbem terræ nullo bello per annos XXII. autoritate sola rexerit: adeò trementibus eum atq; amantibus curæ regibus, nationibusq; & populis, ut parentem, seu patronum magis, quam dominum, imperatorem vere putarent, omnesque uno ore in cœlestium morem propitium optantes, de controuersijs inter se iudicem poscerent. Quin etiam Indi, Bactri, Hyrcani legatos misere, iustitia tanti Imperatoris comperata, quam ornabat vultu sereno & pulchro, procerus membra, decenter valedus. Priusquam salutandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente circum præcordia perieium sanguine, viribus exesis interciperetur, eoq; actuum publicorum laboribus minimè sufficeret: quæ incredibili diligentia ad speciem optimi patris familiæ exequebatur, appetentia gloriae carens & ostentatione, adeò mansuetus, ut instantibus patribus, ad eos qui contra eum coniurauerant persequendos, compresser

emprehenderit questionem: præfatus, neceſſe non eſſe ſceleris in ſemetipſum cupidos pertinacius indagari, ne ſi plures reperirentur, quantis odio eſſet, intelligeretur. Igitur cùm eſſet annorum L X X I I . apud Lorios villa propria, milibus paſſuum X I I , ab urbe, febri paucorum dierum poſt tres atq; vi-ginti annos imperij conſumptus eſt: ob cuius ho-no-rem templa, ſacerdotes, atque infinita alia decreta ſunt. Vſq; eò autem mitis fuit, ut cùm ob inopia frumentaria ſuſpicionem lapidibus à plebe Roma-na perſtringeretur, maluerit ratione exposita pla-care, quam uicisci ſeditionem.

M. Antoninus.

Marcus autem Antoninus imperauit annis X V I I . Ille virtutum omnium, cœlestiūq; ingenij extitit, a- rumnisq; publicū quasi defensor ebie- etus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Ro- mani. Quippe ab armis quies nunquam erat: pérq; omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamq; bella feruebant, terramotus non sine interitu ciui- tum, inundationes fluminū, lues crebre, locustārum species, agris infesta: prorsus ut propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperatore sauerit. Credo diuinitus attributum, ut dum mundi lex, seu natura aliunde quid hominibus incognitum gignit, rectorum consilijs tāquam medicinæ reme- dyis leniatur. Is propinquum suum Lucium An- nium Verum, ad imperij partem natus benevolen- tie genere ascivit. Qui Verus inter Alii sā atq; Concordiam iter faciēs, istu sanguinis, quem mor- bum Greci ariwraν vocant, undecimo imperij

*Mme Galt (c. de T.
p. Sturz) née
Cugnot professé
dit, son mœur
noue 30 juillet
nina nœuds
Soutenu. Les
sous-titres.*



anno extinctus est : carminum, maximè tragicorū, studiosus, ingenij asperi atque lascivii.

M. Antoninus.

Cognomento
philosophus
diāus.

Post cuius obitum M. Antoninus Remp. solus tenuit, à principio vita tranquillissimus, adeò ut ab infantia vultum nec ex gaudio, nec ex mero mutauerit: philosophie studens, literarūmque Grecarum peritissimus. Hic permisit viris clarioribus, ut conuiua eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhiberent. Hic cùm arario exhausto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere provincialibus, aut senatui aliquid vellet instrumentorum regij cultus, facta in foro Traiani seftione, distraxit vasā aurea, pocula crystallina & murrhina, uxoriā ac suam sericam & auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses venditio habita est, multūq; auri redactum. Post victoriam tamen empatoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerunt. Molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. Huius tempore Cæsius tyrannidem arripiens, extinctus est. Ipse anno vite L X. apud Bendobonam morbo consumptus est. De eius nuncio Romani peruelto, confusa luctu publico urbe, Senatus in curia ueste tetra induitus, lacrymans cōuenit: & quod de Romulo agrè creditum est, omnes pari sensu præsumperunt, Marcum cœlo recepimus esse: ob cuius honorem templa, columnæ, multaque alia decreta sunt.

*

Commodus.

Avrelius Cōmodus M. Antonini filius, Antoninus & ipse dictus, imperauit annis. X I I I. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cū in supremis moneretur à parēte, attritos iam Barbaros, ne permitteret vires recipere, respondit. Ab incolumi, quamuis paulatim negotia perfici posse, à mortuo nihil. Senior omnibus libidine atq; auaritia, crudelitate, nulli fidus: maguā in eos atrox, quos amplissimis honoribus, donuā ingentibus extulerat. In tantum deprauatus, ut gladiatorijs armis səpissimè in amphitheatro dimicauerit. Huic Martia generis libertini, forma tamen, meretricijsq; artibus pollens, quum animum eius penitus deuinxisset, egresso è balneo, veneni poculum obtulit. Ad extremum ab immisso validissimo palestrita, compressis faucibus expirauit, anno vita tricesimo secundoq;.

Hoffis deorū,
parricida Se-
natus. Lāprid.

Heluius Pertinax.

Heluius Pertinax imperauit dies LXX X V. Ille coactus imperauit, repugnansq; suscipiens, tale cognomentum fortuitus est. Origine gentis sordida, prafecetur urbi agens, imperator effectus, scelere Iuliani multis vulneribus obtruncatur, annos natus V I I. atque L X. Huius caput tota urbe circumiectum est. Hoc exitu obiit vir ad humanae conuersationis exemplum per laboris genera universa absumptus, prouectus è, ut F O R T V N A E vocaretur P I L A. Nam libertino genitus patre apud Ligures, in agro squalido Lolij Gentiani, cuius in prefectura quoque clientem se esse libentissime facebat. Fuit doctor literarū, quæ à gram-

Heluius forta
nx pila voca-
tus.

maticū traduntur, blandus magis, quam beneficis:
unde eum Græco nomine χριστόνα appellare.
Nunquam iniuria accepta ad vultus descendū du-
ctus: amabat simplicitatem, communem se affatu,
coniuicio, incessu prabebat. Huic mortuo diu no-
men decretum est: ob cuius laudem ingeminatus ad
splendidiss. usque defectum applausibus clamatum est. PERTI-
NACE IMPERANTE SECVRI
VIXIMVS, NEMINEM TIMVIMVS,
PATRI PIO, PATRI SENATVS,
PATRI OMNIUM EONORVM.

Didius Julianus.

Didius Julianus ortu Mediolanensis, im-
peravit mensibus V 11. vir nobilis, su-
ris peritis, inuis, factius, praecipus, regni
auditus. Hoc tempore Niger Pescenni-
nus apud Antiochiam, in Pannonia Sabaria Se-
ptimius Seuerus creantur Augusti: ab hoc Seuero
Julianus in abditas palatiū balneas ductus, exten-
tae damnatorum modo ceruice, decollatur, caputq
ius in Rostris ponitur.

Septimius Seuerus.

*Priscenniū

Herorum filii
noxa.

SOptimus Seuerus imperavit annis XVIII.
Hic *Pescenninum intermit, hominem o-
mnium turpitudinum. Sub eo etiam Al-
binus, qui in Gallia se Casarem fecerat,
apud Lugdunum occiditur. Hic Seuerus filios suos
successores suos reliquit, Bassianū & Getam. Hic
in Britannia valum per XXXXI passuum mil-
lia à mari ad mare deduxit. Fuit bellicosissimus
orbum qui ante eum fuerunt. Acer ingenio: ad o-
mnia qua intendisset in finem perseverans. Bene-
volentia quo inclinasset mirabilis ac perpetua: ad
quarend

quarendum diligens, ad largiendum liberalis: in amicos inimicosq; pariter vehemens. Quippe qui Laterianum Chilonem, Amilinum Bassum, catetosq; alios ditaret: adibus quoque memoratu dignus, quarum præcipuas videmus, Partherum que dicuntur ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo.

permisit honores venundari: Latinis literis sufficienter instructus, Punica eloquentia promptius: quippe genitus apud Leptim prouincia Africæ. Is que ad sendum membrorum omnium, maxime pedum dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur cibum grauis ac plurime carnis audius inuasit: quem cum confidere non posset, cruditatem passus, expirauit. Vixit annos L X X.

Antoninus Caracalla.

Aurelius Antoninus Bassianus Caracalla, Seueri filius, Lugduni genitus, imperauit solus annis V I. Hic Bassianus ex aui materni nomine dictus est. At cum è Gallia vestem plurimam deuexisset, talaresq; caracallas fecisset, coëgissetq; plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiusc vestis Caracalla cognominatus est. Hic fratrem suum Getam peremit. Ob quam causam furore pœnas dedit Dirarum insectatione, qua non immerito V L T R I C E S vocantur: à quo post furore conualuit. Hic corpore Alexandri Macedonis consperito, Magnum atque Alexandrum se insit appellari, adsentantium fallacijs eo perductus, uti truci fronte, & ad lauum humerum conuersa ceruice, quod in ore Alexandri nota-uerat, incedens, fidem vultus simili mi persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui nouercam suam duxit uxorem. Cum Carrus iter faceret,

DIREX VENICES.

* Ad vesicā faceret, apud Edeffam secedens * ad officia natura
leuandam. Ia, a milite, qui quasi ad custodiā sequebatur
interfectus est. Vixit annis ferè triginta. Corpū
eius Romam relatum est.

Opilius Macrinus, & Diadumenus.

Macrinus cum Diadumeno filio ab
exercitu imperatores creati, impera
uerunt menses X 111. ab eodem ex
ercitu obtruncantur, pro eo, quia
Macrinus militarem luxuriam, stipendiaq; pro
fusiora comprimeret.

Aurelius Heliogabalus.

Varius, quod
vario semine
natus.

Aurelius Antoninus Varius, idem He-
liogabalus dictus, Caracalla ex Semea
consobrina occulte stuprata filius, impe-
rauit biennio & mensibus V 111. Hu-
ius matris Semea annus Bassianus nomine fuerat.
* Louis * Solis sacerdos. Is cùm Romam ingenti militum
& senatus expectatione venisset, probris se omni-
bus contaminauit. Cupiditatem stupri, quam ad-
sequi natura defectu nondum poterat, in se conuer-
tens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano
iusserrat appellari. Vestalem virginem quasi ma-
trimonio iungens suo, abscessuq; genitalibus, matri
se Magnæ sacrauit. Hic Macellum, qui post Ale-
xander est dictus, consobrinum suum Casarem fe-
cit. Ipse tumultu militari interfectus est. Huius
corpus per urbis vias more canini cadaveris à mi-
matre Sceni- lite tractum est, militari cauillo appellantium,
de.

INDOMITAE ET RABIDAЕ LIBI-
DINIS CATVLAM. Neuisim è cùm angu-
stum foramen cloacæ corpus minimè reciperet, us-
que ad Tiberim deductum, adiecto pondere, ne un-
quam

uam emergeret, in fluum proiectum est. Vixit
annis X V I. atque ex rebus quae acciderant, Tybe-
rinus Tractuius, appellatus est.

Seuerus Alexander.

Seuerus Alexander imperauit annis XIII.
Hic bonis Republica fuit ærumnosus. Sub
hoc imperante Taurinus Augustus effe-
ctus est. Ob timorem ipse se Euphrati flu-
vio abiecit. Tunc etiam Maximinus regnum arri-
puit, pluribus de exercitu corruptus. Alexander
vero cum deserit semet à stipatoribus vidisset, ma-
trem sibi causam fuisse mortis exclamans, accurrē-
ti percussori, obuoluto capite, cervices suas validè
compressas præbuit, anno vitæ * X X V I. Huius * X X I X
Mater Manimæa eò filium coegerat, ut illa ipsa
quamvis permodica, si mœsa prandioq; supererent,
Coniuicio reponerentur.

Iulius Maximinus.

Iulius Maximinus Thrax è militaribus, im-
perauit annis I I I. Is dum persequitur pecu-
niosos, insontes pariter, noxiosq; apud Aqui-
teiam seditione militum disceptus est, unā
cum filio, conclamantibus cunctis militari ioco, E X
P E S S I M O G E N E R E N E C A T V-
L V M H A B E N D V M. Huius imperio duo Gor-
diani pater & filius principatū arripientes, unius
post unum interiere. Parietiam tenore Pupianus
& Balbinus regnum inuadentes, perempti sunt.

Gordianus.

Gordianus nepos Gordiani ex filia, ortus
Roma clarissimo patre, imperauit an-
nis V I. Apud Ctesiphonem, a Philip-
po pref. praeto. accensis in seditionem mi-
litibus,

* Alij XXII litibus, occiditur, anno vita X X. Corpus eius pri
pe fines Romani, Persicis, imperij positum nomine
loco dedit, SEPVLCRVM GORDIANI

Philippus.

Marcus Iulius Philippus imperanus
annis V. Verona ab exercitu inter-
fictus est, medio capite supra ordi-
nes dentium preciso. Filius autem
eius Gallus Iulius Saturninus, quem Potentia so-
ciauerat, Roma occiditur, agens vita annos X X.
ad eos seueri & tristis animi, ut iam tum à quin-
quenni etate, nullo prorsus cuiusquam commento
ad ridendum solui potuerit, patremq; ludus secula-
Milefimo ab ribus petulantius cachinnantem, quanquam ad-
urbe condita buc tener, vultu notauerit auersato. Is Philippus
humilimo ortus loco fuit, patre nobilissimo latro-
num ductore.

Decius.

Decius è Pannonia Bubalia natus, im-
perauit menses X X. Hic Decium
filium suum Cæsarem fecit: vir arti-
bus cunctis, virtutibusq; instructus,
placidus, & communis domi, in armis promptissi-
mus. In solo barbarico inter confusas turbas gurgi-
te paludis summersus est, ita, ut nec cadauer eius
potuerit inueniri. Filius vero eius bello extinctus
est. Vixit annis quinquaginta. Huius temporibus,
Valens Lucinianus imperator effectus.

Virius Gallus.

* Volusiano

Virius Gallus cum * Volusione filio
imperauerunt annis I I. Horum tem-
poribus Hostilianus Perpenna à Se-
natu Imperator creatus, nec mul-
to post

o pōst pestilentia consumptus est Sub his etiam
Emilianus in Mœsia imperator effectus est:
contra quem ambo profecti, apud Interamnem
ab exercitu suo caduntur, anno etatis pater
vii, circiter & x L. creati in insula Menyn-
ge, quæ nunc Girba dicitur: Aemilianus verò
mensē 1111. dominatus, apud Spoleto fuit Pon-
tem, quem ab eius cæde Sanguinarium accepisse no-
men ferūt, inter Oriculum, Narniamque, & Spa-
letum, & urbem Romanam regione media possum.
Fuit autem genere Maurus, pugnax, nec tamen
præceps. Vixit annū 111. minus L.

Licinius Valerianus.

Licinius Valerianus cognomēto Colobius,
imperavit annis x v. parentibus oriens
splendidissimis, stolidus tamen & multū
iners, neque ad usum aliquem publicum
officio, consilio, seu gestis accommodatus. Hic si-
lum suum Galienum Augustum fecit, Galieni-
que filium Cornelium Valerianum Cesarem. His
imperantibus, Religianus in Mœsia. Cassius La-
bienus Posthumus in Gallia, Galieni filio inter-
fecto, imperatores effecti sunt. Pari modo Aelianus
apud Moguntiam, cum in Aegypto Aemilianus,
apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus do-
minatum inuasere. Valerianus verò in Mesopo-
tamia bellum gerens, à Sapore, Persarum rege su-
peratus, mox etiam captus est: apud Parthos
ignobili seruitute confenit. Nā quan-
diu vixit, rex eiusdem prouincie,
incuruato eo, pedem cerui-
cibus eius imponens,
equum ascende
re solitus
erat.

Galien



Galienus.

LXX.an.ma-
ior mortuus.

GAlienus quidem in locum Cornelij filii
fui, Salonianus alterum filium subro-
gauit, amori diuerso pellicum deditu-
Saloninæ coniugis & concubinæ, quam
per pationem concessa parte superioris Pannonia,
à patre Marcomannorum rege, matrimonij specie
suscepit, Pipam nomine. Nuisimè aduersus
Aureolum profectus est. Quem cum apud Pœtem,
qui ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentu-
detrusumque Mediolanum obfedit, eiusdem Au-
reali commento à suis interiit. Regnauit annis XV.
cum patre & II. & solus & III. vixit annis L.

Claudius.

* ab

Primus Got-
thorum arma
impetumque
recessit.

Claudius imperauit annis II. Hunc ple-
rique putant Gordiano satum, dum
* alij Liscensa muliere matura insti-
tueretur ad uxorem. Hinc Claudius
Galieni morientis sententia imperator designatus,
ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium
indumenta regia direxerat: extinctoque à suis Au-
reolo, receptis regionibus, aduersum * autem Alemā-
norum haud procul a lacu Benaci dimicans, tan-
tam multitudinem fudit, ut agere pars dimidia su-
dius verò, cum ex fatalibus libris, quos inspici pra-
ceperat, cognouisset, sententiae in senatu dicende,
primi morte remedii desiderari, Pomponio Bassi,
qui tunc erat, se offerente, ipse vitam suam, haud
passus responsa frustrari, dono Reipub. dedit, præfa-
tus neminem tanti ordinis, primas habere ipsum
Imperatorem. Ea res sic erat cunctis grata, ut non
duni vocabulum modo, sed ex auro statuam prope
ipsum

psum iouis simulacrum, atque in curia imaginem
uream proceres sacrauerint.

Quintilius.

Hic successit frater eius Quintilius **XVII.** dies.
Is paucis diebus imperium tenens,
interemptus est.

Aurelianus.

Aurelianus genitus patre mediocri: &
ut quidam ferunt, Aurelij clarissimi
Senatoris colono, inter Daciam & Ma-
cedoniam: imperauit annus V. Iste haud
dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Cæsari Di-
tatori. Nam Romanam urbem triennio ab inua-
soribus receptauit, cum Alexäder annis X 111. per
victorias ingentes ad Indiam peruenierit, & C. Cæ-
sar decennio subiecerit Gallos, aduersum ciues qua-
drinno cōgressus. Iste in Italia tribus prælys vi-
ctor fuit, apud Placētiām, iuxta amnem Metan-
rū, ac fanum Fortunæ, postremò Ticinensibus in cā-
pus. Huius tempore apud Dalmatas Septimius Im-
perator effectus, mox à suis obtruncatur. Hoc tem-
pore in urbe Roma monetarij rebellarūt, quos Au-
relianus vittor ultima crudelitate compescuit. **Aurelianu**
sIste primus apud Romanos diadema capiti inne-
xuit: gēmisque, & aurata omni ueste, quod adhuc **primus diade**
m capiti in-
ferè incognitum Romanis moribus videbatur,
usus est. Hic muris validieribus & laxioribus ur-
bem sepserit. Porcinae carnis usum populo instituit.
Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Gal-
lijs effectus fuerat, correctorem Lucaniæ prouexit,
aspergens hominem eleganti ioco, Sublimius ha-
bendum regere aliquam Italie partem, quam
trans Alpes regnare. Ni quisimè fraude serui sūi.
qui sūi ad

qui ad quosdam militares viros amicos ipsius, mina pertulit adnotata, falso manum eius immitus, tanquam Aurelianuſ ipſos pararet occidere ab ipsisdem interfectus est in itinere medio, quod inter Constantinopolim & Heracleam eſt. Fuit ſatus & ſanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij ſororis interfector. Hoc tempore V I I. mensibus interregni ſpecies evenit.

Tacitus.

Tacitus post hunc ſuſcepit imperium, vir egregie moratus, qui ducentefimo imperii die apud Tarsum febri moritur.

Florianus.

Taciti frater.

Hic ſucceſſit Florianus. Sed cum magna pars exercitus equitantium Probum militiae peritum legiſſet, Florianus dierum L X. quaſi per ludum imperio uſus, inciſis à ſemetiſo venis, effuso ſanguine conſumptus eſt,

Probus.

Ob preclarissimam vocem occiditur: non fore opus militibus, cum hofies deſent.

* vites nonios habere permifit.

* Almani montem apud Syrmium, & Aureum apud Mævopis, legit, ſiam ſuperiorem vineuſ conſeruit. Hic Syrmio in turri ferrata occiditur.

Carus.

Carus Narbone natus, imperauit annis
xxi. Iste confessim Carinum, & Nume-
ianum Casares fecit. Hic apud Ctes-
iphonta ictu fulminis interiit. Numeria-
nus quoque filius eius cum oculorum dolore corre-
pus in lecticula veheretur, impulsore Apro, qui
sacer eius erat, per insidias occisus est. Cum dolo oc-
cultaretur ipsius mors, quousque Aper inuadere
posset imperium, factore cadaveris, scelus est prodi-
gium. Hinc Sabinus Julianum inuadens imperium,
a Carino in campis Veronensisibus occiditur. His Ca-
rines omnibus se sceleribus inquinavit, plurimos in
noxiis fictis criminibus occidit: matrimonia nobil-
ium corruptit: condiscipulis quoq; qui taxauerunt
eū in auditorio verbi fatigatione, perniciosus fuit.
Ad extremum trucidatur eius praecipue Tribuni
dextera, cuius dicebatur coniugem polluisse.

Diocletianus.

Diocletianus Dalmata, Amilini sena-
toris libertinus, matre pariter atque
oppido nomine Dioclea, quorum voca-
bulis, donec imperium sumeret, Diocles
appellatus. Vbi orbis Romani potentia cepit, Gra-
cum nomen in Romanū more conuertit. Imperauit
annis XXV. Is Maximianum Augustum effecit.
Constantium & Galerium Maximianum cognome-
mento Armentarium, Casares creauit, tradens
Constantio Theodoram Herculij Maximiani pri-
uignā abiecta uxore priori. Hoc tempore Carausio
in Gallis Achilleus apud Aegyptū, Julianus in
Italia imperatores effecti, diverso exitu periere. E-
quibus Julianus acto per costas pugione, in ignem
abie-



abiecit se. Diocletianus verò apud Nicomediam sponte imperiales fasces relinquens, in proprijs agri consenuit. Qui dum ab Herculio atque Galero recipiendum imperium rogaretur, tanquam pessum aliquam detestans, in hunc modum respon-

* **holera** dit: Utinam Salone possetus visere * olet a nobis tribus in instituta, profecto nunquam istud tentandum.

Alii LXXVIII iudicaretis. Vixit annis L X V I I . ex quies com
an. vixisse scri muni habitu propè nouem egit. Morte consumpti
bunt.

est, ut satis patuit, per formidinem voluntariam. Quippe cum à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse valeret, excusauisset, rescriptu minacibus acceptus quibus increpabatur Maxentio fauisse, ac Maximino fauere, suspectans necem dedecorosam, venenum dicitur hauiisse. His diebus Constantius Constantini pater, atque Armentarius, Cæsare Augusti appellantur. Creatis Cesaribus Seuerus per Italiam, Maximini Galery sororis filio per Orientem, eodemque tempore Constantinus Cæsar efficitur, Maxentius Imperator in villa v. milibus ab urbe discreta itinere Lauicanu, dehinc Licinius Augustus efficitur, parique modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit. similiisque modo Valens Imperator creatur, quorum exitum

iste fuit: Seuerus ab Herculio Maximiano

Romæ intra tabernas extinguitur, su-

nusque eius Galeni sepulchro

infertur: quod ab urbe

abest per Appiam

millibus I X .

*

Galeri

Galerius Maximianus.

Galerius Maximianus consumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculeius à Constantino apud Maſiliam obſeffus, deinde captus, pœnas mortis gēnere: poſtremò frattis laqueo ceruicibus. Alexander à Constantini exercitu iugulatur. Maxen- tius dum aduersus Constantinum congreditur paulò ſuperius à ponte Milvio, in pontem nauigis compositum, ab latere ingredi feſtinans, lapsu equi in proſundum demerſus eſt, voratūmque limo pondere thoracis corpus vix repertum. Maximianus apud Tarſum morte ſimplici perijt. Valens à Licinio morte mulctatur. Fuerunt autem morum huiusmodi. Aurelius Maximianus, cognomento Herculeius, ferus natura, ardens libidine, confiſijs ſolidus, ortu agreſti Pannonioque. Nam etiam nunc haud longè Syrmio eminet locus palatio ibidem conſtructo, ubi parentes exercebant opera mercenaria. Aetate interijt ſexagenarius, anno rum x x. imperator. Genuit ex Eutropia Cyramuliere Maxentium, & Faſtam coniugem Conſtantini: cuius patri Conſtantio tradiderat Theodoram priuignam. Sed Maxentium ſuppoſitum ferunt arte muliebri tenere mariti animum labo- rantis auſpicio gratiſimi caepti à puero. Is Maximianus charus* nulli unquam fuit, nec patri aut ſocero quidem Galerio. * nunquam illi.

Galerius Armentarius.

Galerius autem fuit, licet inculta agreſtique iuſtitia, ſatis laudabilis, pulcher corpore, eximius & felix bellator, ortus parētibus agrarijs, paſtorarmentorum, y unde

unde ei cognomen Armētarius fuit. Orsus Dacia
Ripensi, ibique sepultus est: quem locum Romulianum etiam vocabulo Romulae matris appellarat.
Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, compref-
sam draconem semet concepisse.

Galerius maximinus.

* Dara

Eboraci de-
cessit.

Galerius Maximinus sorore Armen-
tarij progenitus, veroque nomine ante
imperium * Dara dictus, Caesar qua-
driennio. dehinc per Orientem Augo-
stus triennio fuit: ortu quidem atque instituto pa-
storali, verum sapientissimi cuiusque, ac literato-
rum cultor: ingenio quieto, virtute audior. Quo
ebrius, quadam corrupra mente aspera iubebat:
qui cum pigeret factū, differri quæ præcepisset, in
tempus sobrium ac matutinum statuit.

Alexander.

Alexander fuit Phryx origine, ingenio
timidus, inferior aduersus laborem vi-
tio senectæ etatu. Hu omnibus absun-
ptu, imperij iura penes Constantimum
& Licinium deuenere.

Constantinus.

Constantinus Constantij imperatoris &
Helenæ filius, imperauit annu triginta.
Hic dum iuenculus à Galerio in Vr-
be Roma religionis specie obses tenere-
tur, fugam arripiens, atque ad frustrandos inse-
quentes publica iumenta quaque iter egerat, in-
terfecit: & ad patrem in Britanniam peruenit, &
fortè hisdem diebus ibidem Constantium paren-
tem fatu ultima perurgebant. Quo mortuo,
cunctu qui aderant adstantibus, sed præcipue
Eroco

Eroco Alemānorum rege auxiliū gratia Constan-
tium comitato, imperium capit. Hic sororem suam
Constantiam Licinio Mediolanum accito coniun-
git, filiumque suum Crispum nomine ex Mineru-
na concubina suscepit, idem Constantium, ipsis
dem diebus natum, oppido Arelatensi. Liciniūm-
que Licinij filium, mensum ferè viginti, Casares
efficit. Veruxmenimero VT IMPERIA
DIFFICILE CONCORDIAM CV-
STODIVNT. difidium inter Licinium Con-
stantinūmque exoritur, primūmque apud Ciba-
las iuxta paludem Hiulcam nomine, Constantino
nocte castra Licinij irrumpente, Licinius fugam
petit. Byzantiumque fuga volucri peruenit: ibi
Martinianum officiorum magistrum Cæsarem
creat. Dehinc Constantinus acie potior, apud Bi-
thyniam adegit Licinium, palla salute indumen-
tum regium offerre per uxorem: inde Thessaloni-
cam missam, paulò post eum Martinianūmque
iugulari iubet. Hic Licinius annum dominatio-
ni ferè post X I I I . vitæ proximè L X occiditur,
avaritia cupiditate omnium pessimus, neque alienus
à luxu venereo, affer admodum, haud medi-
criter impatiens: infestus literis, quas per insci-
tiā immōdicā, virus ac pestem publicam no-
minabat, præcipue forensem industriam. Agrari-
bus plane ac rusticantibus, quia ab eo genere or-
tus altisque erat, satis velut, ac militia custos,
ad veterum instituta seuerissimus: SPADO-Tineas & sorī
NUM ET AVLICOKVM OMNIVM ces aulicos
VEHEMENS DOMITOR, TINEAS vocabat.
SORICES QVE. PALATII APPEL-
LANS. At Constantinus obtento totius Roma-
ni imperij mira bellorū felicitate regimine, Faun-
sta coniuge, ut putant, suggestente. Crispum filium
necarā

necari iubet. Dehinc uxorem suam Faustam in
balneas ardentes coniectam interemit: cum eum
mater Helena ardore nimio nepitis increpareret.
Fuit vero ultra quam estimari potest laudis

*Herba parie-
taria.*

avidus. Hic Traianum HERBAM PARIE-
TARIAM ob titulos multos adibus inscriptos,
appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio
construxit: habitum regium gemmis, & caput
exornans perpetuo diademate. Commodissimum sta-
men rebus multis fuit: calumnias sedare legibus
seuerissimis, nutritre artes bonas praecepit studia
literarum, legere ipse, scribere, meditari, audire le-
gationes, & querimonias prouinciarum. Cumque
liberis filioque fratri Delmatio Cesaribus con-
firmatis, III. & LX. annis vixisset, ex quibus
dimidios, ita ut XIII. solus imperaret, morbo
consumptus est, irrisor potius quam blandus. Un-
de proverbio vulgari, Tracalla, decem annos prae-
stantissimus, duodecim sequentibus latro, decem
nouiissimus pupillus ob profusiones immodicas no-
minatus. Corpus sepultum in ByZantio, Constan-
tinopoli dicta: quo mortuo, Delmatius militum
vi necatur. Ita ad tres orbis Romani domina-
tio redacta est, Constantino, & Constantio, ac
Constante, filijs Constantini. Hi singuli has
partes regendas habuerunt. Constantinus
iunior cuncta trans Alpes: Constantius
a freto Propontidis, Asiam atque
Orientem: Constans Illyricum,
Italiamque, & Africam,
Dalmatiā, Thraciam,
Macedoniāmque,
& Acha-
iam.

Nicomediæ
ob iit. Eutro.

Annibal

*Annibalianus, Conſtans, & *Conſtantius
Constantius.

Annibalianus Delmatī Cæſaris conſanguineus, Armeniam nationē ſque circum ſocias. Interim ob Italiae Afri- cāque ius diſſentire ſtatiſ Conſtan- tius & Conſtans cœperunt. Conſtantius latroni- ciſ ſpecie, dum incautus, fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus eſt, preieſtū ſque in flu- uium, cui nomen Alſa eſt, non longè ab Aquileia. Ad Aquileia. Conſtans verò venandi cupidine, dum per ſylvias ſalciū ſque erraret, conſpirauere aliquanti milita- res in eius necens, autoribus Chreſtio & Marcellino, ſimūlque Magnentio: qui ubi patrandi ne- gotii j dies placuit, Marcellinus natale filij ſimu- lans, plerōque ad cœnam rogarat. Itaque in mul- tam noctem cōiuicio celebrato, Magnentius quaſi ad ventris ſecreta ſecedēs, habitum venerabilem capit. Ea re cognita, Conſtans fugere conatus, apud Halenam oppidum Peireneo proximum, à Gaiso- ne cum leſtiſimiſi misſo, interficitur anno X I I I Augustae dominationis: nam Cæſar triennio fue- rat, æui ſeptimo viceſimōque. Hic fuit debilis pe- dibus, manibū ſque articulorum dolore. Fortuna- tus cœli temperie fructuum prouētu, nulla à Bar- barus formidine: quæ profeſtò maiora fuerint, ſi prouinciarum rectores non pretio, ſed iudicio pro- uexiffet. Huius morte cognita, Vetrano magiſter militum, imperium in Pannonia apud Murſiam corripait: quem Conſtantius non poſt multos dies regno exuit, granda noꝝ atate non uitam modo, ſed etiam voluptuarium otium cōcedens, Fuit autem vixit annis X L, regnauit autē X X I I I.

Constantius.

Constantius Gallum fratrem patruelē, Casarem pronuntiat, sororem Constantinam illi coniungens: Magnentius quoque Decentium cōsanguineum suū trans Alpes Casarem creauit. Hu diebus Roma Nepstianus Eutrophiæ Constantini sororis filius, hortantibus perdita, Augusti nomen rapit: quem octauo die vicesimoque Magnentius opprescit. Hoc tempore Constantius cū Magnentio apud Mursiam dimicans vicit: in quo bello penè nunquam amplius Romana cōsumpta sunt vires, totiusque imperij fortunæ pessundatae. Dehinc cum se Magnentius in Italiam receperisset, apud Thicanum plures fudit, incautius, & ut in victoria solet, audacius persequentes. Nec multò post apud Lugdunum coangustatus, gladio occultè prouiso, etiū pulsi parietis iuuans, transfesso latere, ut erat vasti corporis, vulnere naribusque, & ore cruentem effundens, mense imperij XLI. etatis vero L. expirauit: ortus parentibus, qui Galliam inhabitant: legendi studio promptius, sermonis acer, animi tumidi, & immodicè timidus: artifex tamen ad occultandam audacie specie formidinem. Eius morte audita, Decentius laqueo fascia ad collum posito, vitam finiuit. Hoc tempore Gallus Cesar & Constantio occiditur, Imperauit annis LIIII.

Siluanus.

Siluanus imperator effectus, die imperij vigesimo octavo perimitur. Fuit ingenio blandissimus, quamquam barbaro patre genitus: tamen institutione Romana sat cultus & patiens.

Constantius.

Constantius Claudium Julianum fratrem Galli, honore Cæsaris adsumit, annis natum ferè tres atque viginti. Iste in campus Argætoracensibus apud Gallias cum paucis milibus infinitas hostiū copias deleuit. Stabat acerui montiū similes, fluebat crux fluminum modo, captus rex nobilis Nodomarius, fusi omnes optimates, redditus limes Romana posse sionis: ac postmodum cum Alemannis dimicans, potentissimum eorum regens Badorum cepit. Hic a militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hic Constantius urgere legationibus, in statum noménque pristinum reuerti.

Iulianus.

Iulianus mandatis mollioribus, refert se sub nomine Celsi imperij multò officiosius parturum. Hinc Constantius magis magisque ardens dolore: atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsoren febri acerrima, quam indignatio nimia vigilis augebat, interiit, anno ævi 1111. & X L. imperij 1 X. atque XX X. verum Augustus 1111. X X g. octo solus, cum fratribus atque Magnentio X V I. X V. Cæsar. Felix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis, mirus artifex in sagittis: à cibo vinoque & somno multum intemperans, patientis laboris, facundia cupidus: quam cum adsequi tarditate ingenij nō posset, alijs inuidebat. Spadenum aulicorum que amori deditus, & uxorum: quibus cōtentus, nulla libidine transuersa, aut iniusta polluebatur. Sed ex coniugib; quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit: de-

coram quidem, verum per Amantias, & Gorgonias, & alia importuna ministeria vexantem famam viri, contrà quam fœminis modestioribus mos est, quarum saepe precepta maritos iuuant.

Vixores qua-
les sint.

Nanque, ut ceteras omittam, Pompeia Plotina incredibile dictu est quanto auxerit gloriam Traiani, cuius procuratores cum prouincias calumnias agitarent, adeo ut unus ex ipsis diceretur locupletium quenque ita conuenire. Que habes ad mensam? Unde habes? tertium. Pone que habes: illa conjugem corripuit, atque increpans quod laudis sue esset incuriosus, talem reddidit, ut postea exactio-

Fiscum lieue
dixit Traia-
bus.

NEM VOCARET, quod eo crescente artus reliqui tabescant. Igitur Julianus redulta ad unum se orbis Romani curatione, gloriae nimis cupidus in Persas proficisciatur. Illic à transfuga quodam in insidias deductus, cum eum hinc inde Parthi urgeret, è castris iam positis, arrepto tandem clypeo procurrir. Cumque inconsulto ardore nititur ordines ad prælium componere, ab uno ex hostibus, & quidem surgente, conto percutitur: relatusque in tabernaculum: rursusque ad hortandos suos egressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis ferè medium defecit: præfatus, consulto sese de imperio nihil mandare, ne uti solet, in multitudine disceptantibus studiis amicorum, ex insidia rei pæ discordia exercitus periculum pararet. Fuerat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia: eo iuuauerat philosophos & Grecorum sapientissimos: vsu promptior corporis, quam validus quidem, sed breuis fuit. Hæc minuebat qua-

Scriptis hic rundam rerum neglectus modus. Cupido laudis in Christia immodica cultus numinum superstitionis, audax nos. plus quam imperatorem decet: Cui salus propria;

cum semper ad securitatem omnium, tum maxime in bello conseruanda est. Ita illum cupidus gloriae flagrantior peruerterat, ut neque terramotu, neque plerisque præagijs, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit fine ponere ardori, ac ne noctu quidem visus ingens globus cælo labante diem belli cautum præstiterit.

Iouinianus.

IOuinianus genitus patre Varronianus, insula An. M. C I X.
agri Singidonensis, prouincia Pannoniae, im- ab urbe con-
perauit menses VIII. Cuius patri cum li- dita.
beros crebros amitteret, præceptum somnio
est, eum qui iam instanti uxoris partu edendus
foret, diceret Iouinianum. Hic fuit insignis corpo-
re, latus ingenio, literarum studiosus. Hic dum à
Perside hyeme aspera mediique Constantinopolim
accelerans, cruditate stomachi, tectorio noui
operis grauatus esset, repente interiit annos gerens
proxime X L.

Valentinianus.

Valentianus imperauit annis XII.
minus diebus C. Huius pater Gra-
tianus mediocri stirpe ortus, apud Ci-
balas Funarius appellatus est, eo quod
venalitium funem portanti, quinque milites ne-
quirent extorquere: eo merito adscitus in militiā
usque ad præfeturam prætorianam potentiam con-
scendit. Ob cuius apud milites commendationem,
Valentiano imperium resistenti aggeritur. Hic
Valentem cœsanguineum suum sibi socium in im-
perio adscivit, ac demum Galianum filium, nec-
dum plenè puberem, hortatu socrus & uxoris
Augustum creauit. Hic Valentinianus fuit vultu

decens, solers ingenio, animo grauis, sermone cultissimus. Quanquam enim ad loquendum parcus, severus, vehemens, infestus tamè vitijs, maximeque avaritia: cuius punitor ipse fuit acer. & in ijs quæ memoratus sum, Adriano proximus. Genera vestitissimorum meminisse, noua arma meditari, singere terra seu limo simulacra, prudenter ut locis, temporibus sermonibus, atque, ut breuiter con-

* si infidis cludam, * semper criminibus quis sese quasi fidibus hominibus simis prudentissimisque dederat, carevet: aut pro Ita legit. baris eruditissimisque monitoribus vii liceisset, perse-
Europ.

itus haud dubie princeps enituisset. Huius tempore Firmus apud Mauritaniam regnum inuadens extinguitur Valentianus apud Bergen-
tionem legationi Quadorum respondens: anno eius
v. & l. impetu sanguinis voce amissa, sensu inter-
ger expirauit. Quod quidem inter perantia cibi
ac saturitate, qua artus diffuderet, accidisse plu-
res detulere. Itaque eo mortuo, Valentianus ad-
huc quadriennis, autore Equitio ac Merobaudo
propinquo, ubi cum maire fuerat allatus, creatus
est imperator.

Valens.

VAlens unà cum Valentianino ger-
mano suo, de quo diximus, regnauit
annos x. menses v. Hic Valens cum
Gothis lacrymabili bello commisso,
sagittus sauciis in casam deportatur vilissimanz:
ubi superuenientibus Gothis, ignique supposito,
incendio concrematus est: in quo prebona hac fue-
re. Fuit possessoribus consultor bonus, mutare iudi-
cia verus, in amicos fidus, irasci sine noxa ac peri-
culo curiusquam, sanè valde timidus. Huius tem-
poribus Procopius tyrannus cadens extinguitur.

Gratianus.

Gratianus genitus Syrmij imperauit An. ab urbe
cum patre Valentianio annis V I I I . cond. M. C X .
diebus L X X X V . cum patruo & fra
tre IIII . cum eodem fratre ac Theodo
sio IIII . & cum his omnibus accidente Arcan
dio menses V I . Hic apud Argentarium oppidum
Galliae, X X X . Alemannorum milia in bello ex
tinxit. Hic cum animaduertisset Thraciam Da
ciamque tanquam genitales terras possidentibus
Gotthis Triballisque, atque inni pernicie atro
cioribus Hunnu & Alaxi, extreum periculum
instare nomini Romano, accitum ab Hispania
Theodosium, cunctis fauentibus, agenti annum à
ericefimo tertium, imperium committit. Fuit eu
tem Gratianus literis haud mediocriter institu
tus, carmen facere, ornare loqui, explicare contro
uersias rhetorum more. Nihil aliud die nocte que
agere, quam spiculis meditari, summa que volu
ptatis, diuinaque artis credere, ferire perite sibi de
stinata. cibique, vini, ac libidinis victor. Cunctisque
fuisse plenus bonis, si ad cognoscendam Reipub
gerenda scientiam animum intendisset: à qua pro
pè alienus, non modo voluntate, sed etiam exerci
cio fuit. Nam dum exercitum negligeret, & pau
cos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat,
ant ferret veteri ac Romano militi, adeoque
Barbarorum conatus, & propè amictia capi
tur, ut nonnunquam eodem habitu iter ficeret,
edia contra se militum excitauit. Hoc tempore cum
Maximus apud Britanniam tyrannidem arri
puisset, & in Galliā transmisisset, ab infensis Gra
tianum legionibus exceptius, Gratianum fugauit, nec
mora extinxit, qui vixit annis XXVIII.

Theod.

 Floruit hoc
tempore D.
Hieronymus.
& Martinus.

Theodosius.

Theodosius genitus patre Honorio, mātre Thermantia genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto apud Syrmium imperator effectus, regnauit annis XXVII. Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, ut Latinè intelligimus, à Deo datum. De hoc etiam oraculo in Asia diuulgatum est, eum Valentii successorum, cuius nomen è D. & eo, atque d' Græci literis initiaretur. Qua cognitione principij deceptus Theodorus, cùm sibi imperium præsumeret, scelestæ cupidinis supplicia percepit. Fuit autem Theodosius propagator Reipublicæ atque defensor eximius. Nam Hunnos & Gotthos, qui eam sub Valente defatigassent, diuersis prælijs vicit: cum Persis quoque petitus pacem pepigit, Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interficerat, & sibi Gallias vindicabat, apud Aquileiam extinxit: Victorem quoque eius filium intra infantiae annos à Maximo patre Augustum factum necauit, Eugenium quoque tyrannum, atque Arbogastem superauit, deletis eorum decem milibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius consilis viribus Arbogastis, postquam apud Viennam Valentianum extinxerat, regnum inuasit, sed mox simul cum vita imperium perdidit. Fuit autem Theodosius moribus & corpore Traiano similius, quantum scripta veterum, & pictura edocent: sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, os absque eo quod illi aliquantum vellendo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantusque flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens vero prorsus similius, adeò ut nihil

et nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris putans: in omnes homines honorificus, verum effusus in bonos: simplicia ingenia aquæ diligere, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo magna: amare ciues vel priuato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficijs ceteris munere: rari, præsertim quorum erga se velut patrē aspero casu officia probauerat. Illa tamē quibus Traianus aspersus est, violentiam scilicet & cupidinem triumphandi, usque eō detestatus est, ut bella non mouerit, sed inuenerit, prohibueritque lege ministeria lasciva, psaltriæque commissationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentiae, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam reorum. Literis, si nimura perfectos contemplemur, mediocriter doctus, sagax plane, multumque diligens ad noscenda morum gesta: è quibus non definebat execrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta qua legerat, ac Cinnam, Mariū, Syllāmque, atque uniuersos dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed fleti citò, unde modica dilatatione emolliebatur. Aliquando seuera præcepta habuit de Liuio, vel quod Augustus à philosophia doctore didicerat, qui cum vidisset eum facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ut ubi irasci capisset, quatuor atque viginti Græcas litteras memoria recenseret, ut illa concitatio, qua momenti est, mente alio traducta, parui temporis interiectu languesceret. Melior haud dubiè, quod est clara virtutis, post auctam annis potētiam regalem, multoque maximè post ciuile victoriam. Nam & annona curam sollicitius attendere, &

Præcepta ex
Liuio.

auri

auri argenteique graue pondus sublati atque ex-
 pensi à tyranno, multus ē suo restituere, cum beni-
 gni principes, & quidem vix fundos solerent nu-
 dos, ac deformata præsa concedere. Iam illa mi-
 nutiora, & ut dicitur, intra aulam: quæ quidem
 quia occulta sunt, magis naturæ hominum curio-
 se oculos auresque ad se trahunt. Patrium co-
 lere tāquam genitorem, fratriis mortui, sororisque
 liberos habere pro suis, cognatos affinesque paren-
 tis animo complecti: elegans latumque coniuium
 dare, non tamen sumptuosum: miscere colloquia
 personis, studia dignitatibus, sermone cum graui-
 tate iucundo, blandus pater, cōcors maritus. Exer-
 cebatur neque ad illecebras, neque ad laſitudi-
 nem: ambulationibus magnis, cum esset ocium, re-
 sciebat animum. Ad uescendi continentiam va-

Floruit (D.) **Ambrosius.** letudinem regebat. Si que in pace rebus hu-

manis annum agens quinquagesimum,
 apud Mediolanū excepsit: utrunque

Rēpublicam utriusque, id est,

Arcadio & Honorio quietā

relinquens. Corpus eius

eodem anno Constan-

tinopolim trans-

latum, atque

sépultum

est.

Hactenus Sex. Aure-
 lius Victor,

IN



I N R E L I Q V O =
rum Imperatorum vitam &
mores Epitome.

Arcadius.

Arcadius Constantinopoli, Honorine
Romæ, diuiso imperio, post patru Theodo-
sij morte imperat. Hosce enim viues
adbuc pater imperij consortes feserat:
& mories, quoniam nondū per atatem imperia ma-
turi esse videbantur, testamento imperij admini-
stratores sanxit, qui liberorum atatem adultam
supplentes regni curam gererent. Rufinum Arca-
dio adiungit. Honorio Sciliconem, Gildonem vero
Africa praesē voluit. Rufinus primus veterum
fidem & sacro sanctum fidelicommissi ius violans,
claram misu muneribus, Alarico Gotthorum regi
contra Arcadium arma sumere suadet, ut sibi
Orsensis istac via pararet imperium. Re perspe- Rufinus Arca-
cta à milibus auctor tam scelerati confusij Rufi- dī tutor oc-
nus occiditur. Caianus Rufini sceleris imitator, au- ceditur.
xilio Gotthorum fatus, bellum ciuale mouet: naua-
li praeuo inter Helleponsum & Chersonsum vi- Caianus ob-
etut, dum fugit obruncatur. Caput eius pilo suffi- truncatur,
xum Constantinopolim deportatur. Arcadius cum
regnasset annis paulò minus tredecim vitam cum
morte commutat, relicto filio Theodosio, quem, dum
viueret, Casarem fecerat. Hic socordis ingenij
princeps, nec quidquam omnino paternæ, autaque
virtutis referens, Eudoxiae uxori addictus, cun- Eudoxia Ar-
alia multa improbe se. it, tum Chrysostomum an- cati uxor
tistituta Constantinep. sanctitatis & eruditiois
egregiae virum, uxori plus aequo inserviens, in ex- Chrysoto-
liu m misit.

Honorius.

Honorius Theodosij filius, patri rebus gerendis dissimilu, Romæ eodem anno, quo Arcadius Constantinopoli imperat Gildo Africae regnum adeptus,

* Macezilis Maserelis * fratris filios necat. Is in Italianam su-
Gildo fratis giens, acceptis ab Honorio quinque hominum mul-
filios necat. libus, fraternalis copias delet, ipsiusque Gildonius in
fuga comprehensi, milites quibus mandatum erat,
Strangulatur. velo gulam perfregere. Honorius Stiliconi perni-
cioso tutoris quod vocatus clam ab eo Vandalis in
Galliam, rerum summam voluisse ad Eucherium
filium transferre, simul & aduersus Alaricū apud
Rauennam infeliciter pugnasse sua causa compe-
risset, successorem pariter & imperfectorem misit.

Stilico, vna cum filio ec-
ciditur. Itaque Romæ in foro Pacis vna cum Eucherio
filio, & alijs coniurationis conscijs trucidatur. Ma-
ximum, Iouium & Sebastianum de successione
in Gallia tumultuantes per Heraclium praefectū
è medio sustulit, Postremo Costantinum, qui Gra-
tiano tyranno successor, barbarum hominem Bri-
tanniam occupantem, Apud Arelatensem urbem
opera & studio Constantij Comitis superavit.
Huic, quoniam eum virum & domi & militie
fidum expertus fuerat, Placidam sororem olim
Ataulpho Gotthorum regé nuptam matrimonio
iunxit. ex qua Valentianus iunior (qui post
Theodosium iuniorem, Arcadij filium, imperauit)
natus est. Decessit Romæ cum annos duos supra
triginta imperasset. Hoc tempore Talmud Iudeo-
rum à duobus Rabbinis (Platina auctore) compo-
nitur. & Franci traecto Rheno magnam Gallie
partem occupant. Iudei cum Christianis Alexan-
driæ configunt.

Talmud Iu-
deorum.

Theodo-

Theodosius.

Theodosius iunior, Arcadij filius cum in Oriente imperaret, audit a Honorijs patrui morte, Valentianino, Constantij & Placidae filio, imperij insignia donat: & cum matre Romam mittit. Aduentus in urbem satis opportunus fuit: Nam Ioannem, factione Castini Imperatorem factum & Africam sibi vendicantem, nouus princeps oppresbit. Gensericus Vandolorum rex accersitus a Bonifacio, qui de Africa tenenda desperauerat, post multorum cædem Carthaginem occupat. Ad Aquilonem Bleda & Attila fratres, Hunnorum reges Illyricum & Thraciam, Thermopylas usque deprædan tur. Omnia hæc Theodosius maxima gloria tutus est. Constantinopoli morbo absumpius est, cum Imperasset annos duos & triginta. Hoc principe Venetia felicibus auspicijs in aquis edificari cœperere. Nestorius cum sua heresi, quæ ab autore Nestorio postea dicta est, cum Pelagianis, synodo refis damnatur. Ephesyna damnatur.

aquis ædifi-
cantur.

Nestoria hæ-

refis damnna-

tur.

Valentinianus.

Valentinianus iunior, tertius huius nominis imperator inito, occidentis imperio, pacem illico cum Gensericco Vandolorum rege, certis spurijs Africa inter se diuisa. Non multò post Atoram Hunnorum regem ex Pannonia Romam proprærantem Aëtij patricij ductus (quem postea ob affectationis suspicionem occidi iussit) in campis Catalaunicis nobili clade repressit. Burgundionum regem affixit. Magnam temporis partem Ravenna vixit, quam mœnibus restituit.

In gratitudo
erga bonos &
viro fortis.

eiisque præsuli Ioanni usum palii concepsit. Optimus ac clementiss. princeps tandem à Maximo, ciue potentissimo potiundæ eius uxoris gratia, ut ait Procopius, occiditur imperij anno trigesimo. Hoc tempore Gensericus Hippoñem obsedit: mense III. obsidioris D. Augustinus D. Hieronimi discipulus in illa ipsa urbe, cuius erat episcopus, obiit annos natuꝝ LXXVI. nec urbis sue ruinam vidit.

D. Augustinus.

Martianus.

MArtianus in Oriente Theodosio iuniori, cuius sororem duxerat in matrimonium, succedit: quo tempore Valentianus Italia imperabat. Hic quanquam senex & humilis genere esset: excellebat tamen rebus gestis & arte militari. Prima stipendia in Lydia fecit. Orientis imperium per nouem fere annos dilapsum, reparauit. Cum Vandalis & Parthis fœdus percussit, Atilæ minas compescuit, pacem quo ad eius fieri potuit, coluit: illud saepè usurpans. DVM IN PACE ESSE POSSVMVS, ARMA NON INDVAMVS. Is Tatianum Iuliumque fratres, qui olim superuolantis aquila eius caput auspiciū retexerant, viaticoque iuuerant: statim ut Cæsar dictus est, hunc Constantinopoli, illum Illyrico Chalcedonen præfecit. Hoc principe Chalcedonenis IIII. synodus celebrata est aduersus Dioscorum & Eutychem Leonis Rom. pontificis iussu. Pulcheria Arcadii Cæsaris filia in eligendo Cæsare princeps ei fuit, diademaque capiti eius imposuit. Vixit in imperio annos sex cum pace & probitatis opinione.

Martiani di
cūm celebre.

Leo

Leo I.

Leo primus è gente Græcanica suffragijs ac factione Asparū patricij post Martianum Imperator salutatur. Aspar enim ita cum Leone conuenerat, ut fatus Imperator Ardaburium eius filium adoptaret: quod Leo præstítit. Populus, ubi hæc nouit, Ardaburium unā cum patre interemit. Nonnulli à Leone, velut infidiarum in se autores, interfecos dicunt. Suppetias Anthémio Imperatori Rō ad expellendos Vandulos tulit. Basilicum patricium aduersus Gensericum misit, qui eum propulsavit, cum iterum in Italiam irrumpere tentaret. Cum Ostrogothis (qui Illyrium vastabant) ejisque Pannoniā, acceptis obſidibus, incolendam concessit. Postremo Leonem sororis suā ac Zenonis, qui postea regnauit, filium successorem reliquit. Pacis hic studiosus princeps semper illud in ore promptum habebat, QVEM ADMODVM SOL Leonis, pacis CVNCTIS, QVAE ILLVSTRAT, studiosi, diētū NON NIHIL IMPERTIT CALORIS: SIC PRINCEPS DEBET EOS SVA DIGNARI MISERICORDIA, QVOS CONTVETVR. Tenuit imperium annos sedecim. Byzantium hoc Imperante magna ex parte conflagravit, & Italia perpetua in motu fuit.

Leo II.

Leo Secundus qui & iunior puer ab auctoribus suis diadema imposuit, patrēmque suo loco deinceps imperare voluit.

Zeno.

Basilicus re-
legatur.

Basilicus ine-
dia consumi-
tur.

Constantino-
polis incendio
flagrans rei li-
terarie iactu-
ram maximā
ad fert.

Zeno Isauricus natione, genere obscurus, facie deformis Constantinopoli post Leonem iuniorum imperat, non ut Augustus, sed ut tyrrannus. Basilicum Patricium imperium inuadere conantur unā cū filio in Cappadociam relegat. Theodoricum Ostrogothorum regem magnopere dilexit: eique statuā dicauit, ac Italiam aduersus Odoacrum misit, Consulēm prius à se factum. Odoacrem in Italia regis nomen sibi vendicantem prælio vicit Theodoricus. Pulsus Zeno à Basilico fæctione Ariadna uxoris, in Isauriam concessit, nec multò post reuersus Basilicum Lemni relegatum unā cum filio fame mori coegerit. Sunt qui adhuc vitium inclusum ab uxore sepulchro tradant, frustraque resipiscēt, & opem quiriātem obūsse: cum imperasset annos XIII. vel, ut quidam volunt, XVI. Hoc principe maximam passa est res litteraria iacturam: nam incendium adeo graue fuit, ut præter maximam Constantinopolitanae urbis partem igne absumptam, centum & viginti milia librorum combusta sunt: inter quæ Homericū poëma intestino draconis CX. pedum aureis literis descriptum. Nicena synodus prima approbatur.

Fla. Valerius Anastasius.

Fla. Valerius Anastasius dixit, à discoloribus oculorum pupilli, quarum dextra nigricans, sinistra carnlea, fuit a Graciu cognominatus, magno Principum consensu post Zenonem ex humili loco ad imperij fastigium evectus, donatiuum militibus dedit. Lega

Legatos Iudaorum cum muneribus vententes, placidissime audiuit, Clodoueo francorum regi muneris patriciatus, & Consulatus titulum & insignia francorum decreuit: quod Gothos in Gallia superasset, Burgundiamque oppidum receperisset. Amari ad Selymbriam longum murum duxit, ne incursionses Magiorum, Bulgarorum & Scytharum officeret. Plures per orbem tyrannos supplicio extremo affecit. Athenodori caput Isauricus miles veruto affixum ante portas Tharsi tulit, quod ibi aruit. Longinus tanquam fera dilaniatus est. Vitalianus Thrax in Oriente seditionem mouens pecunia placatus est. Hunni excursiones aliquot fecere. Geeta Macedoniam, Epirum, Thessaliam diripuerunt, quibus pro captiuis redimendis cum aurum misisset Anastasius, nec sufficeret hostium votis, Barbari illi coram captiuis trucidarunt. Anastasius inter bonos principes referri potuit, qui pacem emerit, nisi Eutychiana heresi, Ariadnae uxoris suasu, adhaesisset. unde sibi graue odium constabuit. Post octogesimum & Octauum vita annum, Imperij vigesimi septimi fulmine ictus, peryt, grauiter ulciscente numine pietate toties ab impuro principe lessam, quamquam Marcellinus senio longo confectum subita morte corruisse tradit.

Eutychiana
heresis.

Vltonis ex-
plum.

Iustinus Thrax.

Iustinus Thrax, utroq; parete ignobilis, a tenebris annis suis custos, deinde bovu, post lignaricu*m*iusdā minister. natus annos sedecim militare capit, prōptus manu & doctus hostē ferire garius miles factus. Hinc per omnes dignitatū honores ascendes ad prætorij præfecturā euectus cōsul designatus est. Mortuo Anastasio, ad eū Eunuchus quidam diues, superioris Augusti liberius venit.

Iustinus Imperator magnam vim dans ei pecuniarum, ut militū sufficiū sibi emit. fragjs Theocritianus Imperator designaretur. Verū Iustinus, cōmodi sui nō immemor, Imperium ea pecunia sibi ipsi emit. Amantianum & Theocritianum insidias sibi molientes ē medio sustulit. Anno imperij nono, Cal. April. Iustinianū sororis suæ filium adoptauit, consortem imperij fecit: quanto pōst mense deceſſit. Imperauit annis nouem. Mensibus duobus. Orthodoxus fuisse traditur, Arianos siquidem expulit. Germanum praefulem Capuanum missum ab Ormisda Pont. R. o. pro orthodoxis restituendis Ab Anastasio pulsis, humanter exceptis & exaudijs. Chalcedonense consilium Dyrachiū & publice edicto venerari voluit. Dirrhachium & Corinthus ciuitates restituereuntibus, Corinthum ciuitates, terra motu collapsas, magnis sumptibus restituit.

Iustinianus.

Iustinianus Iustini ex sorore filius, cūm annum quartum & quadragesimum ageret, imperare cōpīt, quod per annos unde quadranginta administrans, veterem Romani imperij gloriam mirum in usodum ampliauit. Maximus certè princeps nisi avaritia & delirij Eutychiani reus fuisset: & Belisario duci clarissimo, cuius opera res multò praeclarissimas confecerat, ex leui admodum suspicione, citra culpam oculos effodi iussisset, & prefigasset. Tā graui oppressus fortuna Belisarius à prætereuntibus victum querere coactus est. Serici usus à Persis ad Græcos hoc tempore transiit, iam pridem desitus. Iustinianus tandem affectus morbo, Iustinum ex filia nepotem Casarensi fecit, nec multo post ingrauescente morbo, non sanus mente, deceſſit: cūm edictum, auctore Eutropio lib. X V I. ubique à pietate alio-

Belisarius
dux clariss.
stipem à præ-
tereuntibus
querere Coa-
sus.

Serici usus à
Persis ad Græ-
cos transit.

num promulgasset. Sophie templum ingens Iu- Sophix tem-
stiniani iussu Constantinopoli adificatur. Hoc plum.
tempore fames ingens adeo in Italia inualuit, fama.
ut membra humana ederent indigena. Sylue- Syluerius Pa-
rius Papa, Theodora uxoris Iustiniani fraude, pa relegatur.
falsis testibus conuictus à Belisario in exiliū mit-
titur, ubi etiam obiit.

Iustinus minor.

IVSTINUS minor Iustiniani ex filia nepos. Iusti-
ni amulus, ac perinde ut filius in regia sem-
per enutritus facili admodum ingenio & ad
promerendam ex liberalitate hominū gratiā
nato, à Iustiniano Imperator declaratus est. Cum
Persis fædus pepigit, tributo, quod Romani an-
num his penderent, sublato. Longobardi Germa-
nica gens Narsetis suāsu, quem Imperator fal-
so delatum prescripsiterat, in Italiam irrumpunt,
quam ab Albuino rege ad Desiderium CCCIII.
annis in principatus diuisam tenuere. Scripsit
enim Sophia Iustini uxor ad Narsetem. Ut ad
pensa muliebria rediret: cunuchus enim erat Nar-
ses. Responderat utique Sophia Narxes. Se talens
texturum telam, quam ipsa discutere & diuillere
nequiret. Iustinus ex liberali auarissimus evasit: Iustinus fidei
simul & fidei Christianæ contemptor maximus, Christianæ co-
& Pelagianæ hæreses assertor acerrimus. Lon-
ginum cum novo exarchatus magistratus in Nar-
ses, quem reuocauerat, locum misit. Exarchatus
sedes quondam fuit Ravenna, qui magistratus Exarchatus
cœpit anno mūdi IIII. M. D. XXXIII. à Christonato quid.
D. LXXI. ab hoc Iustino minore primū excogita-
tus, ut Imperat. quodāmodo vicarius in Italia fo-
ret, eāq; fuit autoritate, ut Pontifex Romæ creatus,
ab eo confirmaretur. Durauit annis hic magistratus

C L X I I I I. Iustinus graui pedum dolore
 Armeni Chri- obiit anno imperij undecimo. Hoc principe Arme-
 stiani efficiuntur. nij fidem Christianam amplectuntur. Monothe-
 Monothelita litæ cum sua heresi emergunt. Contra hos synodus
 rum heresis. Constantino. C. L. episcopis celebratur, in qua
 Græcis sacerdotibus uxores permisæ, Latinis ne-
 quaque.

Tiberius.

Tiberil in ca-
ptiuos huma-
nitas.

Tiberius secundus, contrarijs Instino mo-
 ribus, & ab eodem adoptatus, peculium
 ab eo coactum longa auaritia, Sophia
 tradente simul & omnes Narsetus du-
 eis clariss. thesauros in Italia puto, monstrante
 quodam sene repertos, egentibus dedit. In Oriete
 Persas saepe profligatos intra suos fines compulit.
 recepta Mesopotamia. Persarū captiuos omnes ho-
 nestè vestitos in patriam remisit. Longobardos ru-
 pto cum Imperatore fædere, urbem R. o. graui ob-
 fidione prementes multitudo decidentium imbrum
 à mœnibus repulit. Secuta est imbres longa siccii-
 tas, & inde caritate annonæ laboratuum est. Tiberij
 felicitas multi nominis fuisset, si res in Occidente
 ut in Oriente successisset. Mauricium generum
 adoptauit eique imperium administrandum tra-
 didit, Præsentibus Ioanne Patriarcha (qui co-
 ronam imposuit) & Senatu. Vixit cum summa
 pietatis & liberalitatis opinione. Imperauit annos
 septem.

Mauricius.

MAURICUS genere capadox, successor
 Tiberij socii, præfuit imperio annos
 viginti. Rebus gerendis in initio fe-
 liciter fuit. Armenos & Persas per le-
 gatos

gatos fudit, Mæsa Scytha repulit, in Italia Longobardos repreſbit. Deinde auſſicis Theodosij filij & Germani ſoceri vičtos Hunnos Pannoniſque exutos ad ſolitudines fugauit. Conſtantinopolitanus Patriarcham diuouipēvov, id eſt uniuersali ecclſiae præfulem vocitauit. Ex humili notario Mauricius ex ob diligentiam à Iuſtino prefectus vigilum fa- notario Au-
ctus, mox Tiberij gener, poſtremò Augustus, mul- gustus factus.
tis vicitorū illuſtris Remp. feliciter adminiſtrauit. Poſtremò ob inſatiable pecunia ſtudium, mi- litibus, qui Sarmatico limiti prepoſiti erant, loco ſterili ac diſſicili & gelu horrido, inſenſus: quod nul la aut rara ſtipendia perſolueret à Phoca centurio ne limitis Scythici, cuius inſidias ſomnio etiam ad monitus, praecauebat, imperio & vita priuatur. Magna vir patientiæ & fortitudinis exemplum. Cum enim in conſpectu ſuo uxor & filij interfi- cierentur, forti animo perferens tantam calamita- tem: exclamauit, I U S T U S E S D O M I N E Patientiæ &
E T R E C T A I V D I C I A T V A. Turci- fortitudinis
cum nomen tunc primum in Asia auditum eſt. & exemplum.
Angli cum Gotthis ad fidem verſi ſunt Chri-
ſtianam.

Phocas.

PHOCAS Scythici limitis pafetus ab exer- citu ſcelerato, cuius dux erat, Imperator lectus eſt. qui penè Mauricij oblitus, nec tanta cede edoctus, auarijimè tributa exigenda mandauit, tenacius priore aurum fer- uans, ſecreto cum ſuis aulicis, Perfico more, omnia diſponens. & hi legatos audiebant, iudicia exerce- bant, magistratus dabant: quo in eo, qui imperat, Miserrimiſ & miſeriſ & deterius nihil eſt. Grati illi erant, qui detestabile inexplibili rapacitate populos vexabant. Stipen-

dia militibus debita parcissimè exoluebat. Hic R.o. Pontificem primarium omnium declarauit; solicitatus à Bonifacio tertio. Huius desidia & ignavia Romanorum vires adiò fractæ & debilitatæ erant per luxū & libidinem, ut imperium R.o. solo nomine constaret, eoque ventum est, ut aut nomen imperij deleretur aut Phocas occumberet. Erat acceptus Imperatori Priscus Patricius gener Heracleonæ. Huius filius Heraclius proprætor Africam administrabat. hi tres de Imperatore occidendo coniurationem ineuntr. Heracleonas, quia magister militiae erat, in Thracia velut defensurus regionem & propulsaturus Barbaros exercitum cogit. Heraclius Constantinopolim ex Africa venit, ne pater defectionis suspicionem faceret. Conueniunt statuto tempore: fit de industria tunctionis exē. multus: dum milites Prætoriani accurrunt, coniurati Principem impurissimum abtruncant, imperij anno **XIIII.**

Heraclius.

Heraclius, Heracleonæ filius Africe proprætor, occiso Phoca, à militibus Cæsar declaratus, acclamante populo Augustus consulatur: Hic uno eodemque die & diadema à Sergio Patriarcha accepit, Fabiam Eudoxiam duxit uxorem, simul & sacra tissima corona & nuptiarum pöpa celebrata est, & Ierosolymam, Syriam & Aegyptum restituit im perio, & Persis victa & Cosdroa eorn rege à proprio filio interempto, quod fratri natu minori regnū tradidisset, lignum salutifera crucis reduxit, Iarū rex à pro illudque primum Constantinopolim, deinde Rōprio filio ocam transstulit. Durauit autem hoc bellum Heraclij aduersus Persas annos sex cōtinuos. Post hac

Hera

Heraclius cura Reip. alijs tradita, otio & quieti
se tradidit. Iudeos, etiam inuitos, ad Baptismum
compulit. Matheseos studijs operam dedit. aruspicijs & præstigijs dæmonum fidem adhibuit & in
Monothelitarum hæresim prolapsus. Martinam
fratris filiam in matrimonium ducit, data lege, ut
omnibus idem liceret. Imperauit annis X X X I.
Ferunt hydropisi occubuisse. Alij scribūt nouo cladi
genere, testium folliculo sursum verso, simul Nouo morbi
cum virili membro, & semper tento: adeò ut quo- genere obit
ties meieret, nisi tabula umbilico admota prohi- Herac.
bente, vultum lotio sparsisset. existimant ob illicias nuptias id accidisse.

Heraclius iunior.

Heraclius, qui & Constantinus iunior dictus est, Heraclij filius veræ pietatis cultor patri succedens dolis noueræ Martinae, quæ filio imperium astraruebat, quarto regni mense veneno necatur.

Hæracleonas.

Hæracleonas Heraclij filius cum maiore biennio in Oriente imperauit post sublatum Constantinum. Senatus populisque Constantinopolitanus cognitoscelere in matrem & filium consurgens, hunc naribus abscissis, ne decor aut gratia ad commiserationem populos flecteret, illam lingua, ne oratione, qua multum valebat, commoueret, in exilium relegarunt, unâ cum Patriarcha, à quo adiuti erat in perpetrandō scelere.

Vltonis exē-
plum.

Constans



Constans.

Constans, qui & Constantinus IIII. pulsis Heracleona & Martina à Senatu, sine militibus, quod raro accidit, Imperator declaratur. Hic autem impie-tatis hæres & Monothelitarum dogma sectatus, Martinus Papa in exilio obit.

Martinum I. Pont. per Olimpium exarchum comprehendit iussit, & in exilio mori coegerit: quod Paulum Patriarcham in synodo præfulatu deiecerit, ac Cyri Alexandrini, Sergij & Pyrrhi cödemnationem probauerit. A Saracenis vicitus a fugie. Posthac ab iisdem impietatis inducijs, ut Italiam a Longobardorum tyrannde liberaret, filio Constantino domi relato, Tarentum classe appulit. indeque Luceria capta ac diruta, Beneuentum ob-sidet. Obsidione relicta Capuam versus contendit, ubi obuium habuit Mitolam eius urbis Ducebat armatum, a quo fuisse fugatusque Romam profi-ciscitur. Cui Vitalianus pôtifex obuiam ad V II. lapidem processit. Romæ quidquid erat pulchri-peris, signo-rumque Romæ inter cetera Panthei tegulis æneis. Post dies duodecim in Siciliam abiit: ubi cum auare, & crude-liter exigeret tributum à suis necatur, cum in principatu vixisset annos X X V I.

Constantinus.

Constantinus IIII. Constantis natu-maximus filius imperium Byzantij pa-tre absente administrans, ut morte pa-tris audiuit in Siciliam statim aduolat & Messentium (ut alij volunt) Misenum tyrannum paternæ cedis autorem interficit. Bellum in Saracenos annis septem terra marique gesit: quorum unico congressu triginta milia fudit: eorumq; vires

vires adeo debilitauit ut coacti sint pacis conditio-
nes ab Imperatore petere , quæ concessæ sunt illis
hac lege , ut quotannis tributa penderent Cæsari
Bulgarri Thraciam & Pannoniam inuadunt &
Imperatoris permisso partem eius possident . Sex-
tam syncdum Constantinopolis celebravit , contra
Monothelitas , Agathone Pont. impulsore , ubi v-
traque conuenit ecclesia . Fratribus pueris , ne ad
imperium aspirarent , nares amputauit . Rex Per-
sarum cum uxore Cæsarea & multis suorum mil-
libus Constantinopolis autore Plat.) Baptiz an-
tur . Tandem morbo correptus , vel (ut nonnulli
scribunt) è palatio precipitatus , obiit anno impe-
rij x v i i . Pogonatus appellatus est , quod imber-
bus in Siciliam profectus , barbatus redisset : τῷ Σε-
να enim barbam appellant . Fames maxima hoc
tempore Galliam inuadit : cui ut succurrat rex
Clodouenus , Thesauros & opes , quibus adem D.
Dionysij Pater Dagobertus ornarat , aufert .

Constantinus
cur Pogonat
dictus.

Fames in Gal-
lia.

Iustinus IIII.

Iustinus IIII . Quem nonnulli Iustinianum
vocat , Constantini IIII filius & successor ,
ultimo ex stirpe Heraclij , sedecim annorum
adolescens , vir certè varius & impius , impe-
rium adeptus à fide aberrauit , patri synodū alia
synodo infirmando . quam cum Sergius Pont. Ro-
minimè ratam haberet , uti comprehendetur
iussit : Ob hoc miss Zacharia Protospatario , qui
reclamante Pop. Romano , re infecta rediit . Quam
ob rem pœnas ob hac aliisque scelera dedit . Nam
postquā x. annis imperio præfus sit , à suis ducibus
Leontio & Tyberio Absimaro & Callinico Pa-
triarcha truncatus naso & auribus , imperio exu-
tus in Chersonesum relegatus est , iterum regnat-

Childericus rus. Childericus Frācorum rex i. circa hac tempore Frācorum pora cum uxore uterum ferente, à Rodilis quem ex occiditur. palo alligatum flagris cadi iussērat occiditur.

Leontius.

Frisii fidē recipiunt.

Leontius, vel Leo ii. Imperator factus praest rebus pessimè an. i ii. tandem & ipse mutilatus nāsō ab Absimaro duce in carcerem detruditur. Frisij hoc tempore, Rabodo eorum duce superato, in Christianismū à Pipino aula Gallicā magistro equitum, inducuntur.

Tiberius III.

Callinic⁹ Patriarcha Constant. relegatur.

Saraceni Afri maximam partem occupant.

Tiberius iii. cognomento Absimares à militibus Imperator designatus, Philippicum, cuius viribus fretus rerum potiebatur, in Ponto relegat: quod eum suspectum haberet, ob aquila augurium, quæ Philippico dormienti caput obumbrasse visa fuerat. Praefuit imperio annis septem. Post quod tempus Iustinus (de quo supra) iiii. opera Bulgarorum ab exilio revocatus, Constantinopolim cum ingenti exercitu reuertitur & denuo cum filio imperat annis v i. & captos Leontiū & Tiberium, spectante populo interfici iubet: & Callinicum Patriarcham exoculatum Romanum relegat. Mox vocatum ad se Constantinum Pontif. summum, huius nonius primum, & honore & pietate summa excipit: humili proiectus pedes ei osculando & Romani dignatis decreta per synodum probando, veniam petiit præteriorum. Ad ultimum à Philippico

aduersario, quem relegatum in Ponto, ipso deterrante Pontifice, bello oppugnabat, superatus, unde cum Tiberio filio interficitur. Circa hac tempora Saraceni Africane & maximam partem Hispanie vi

nie vi occupant, quam ad D C C. an. tenuere.

Philippicus.

PHILIPPICUS Bardesanes, occiso Iustino & eius filio in acie, imperium adeptus, edito sanxit ut Sanctorum statua & imagines è templis raderentur. Sextæ synodi decreta, altera synodo infirmare contendit, gratificaturus monacho, qui imperaturum illum prædixerat: id predictionis præmium petenti. Quapropter cum eloquentia multum huic inesse sapientia parum, opesque imperij iam pridem congestas dissiparet: pateretur etiā Bulgarios Thraciam populari, à Constantino Pont. Ro. sacris ue schismaticus interdictus, ab Anastasio Anthemio præfecto suo, priuatur oculus & in ordinem redigitur, anno uno & mensibus sex vix expletis.

Sanctorū lumen
gines è tem-
plis tolluntur.

Anastasius II.

ANASTASIUS II. cognomento Artemius, ab exercitu Imperator salutatus Romanorum pontificum decreta probauit, sacrosanctaque habuit. Hic cum optimè, quæ ad veram pietatem attinent, instituisse, ex Pontificum assensu, classem ingentem aduersus Arabas in Alexandriam emisit. Verum classiaris quibusdam contumacius agentibus, qui illum oderant, domini reuersi, Theodosium ignobillem alioqui virum imperio præficiunt, qui capta Constantinopoli Anastasium regno exutum monasterio inclusit, cum annum unum, menses tres imperasset.

Theodosius

Theodosius III.

Theodosius tertius Adramitenus coactus à militibus imperium adipiscitur. Is quanquam obscurus genere, pius tamen animo & fide orthodoxus. Sanctorum imagines à Philippico disiectas, templis restituit: ad Niceam graui prælio Artemium vicit. Imperium deseruit cum videret se inuadi à Leone, qui ab exercitu Imperator dictus fuerat, & diffideret regnum se posse retinere, pertæsus etiā bellici ciuili quod contra Leonem gesit cœnobium ingreditur, ubi satus diu ac felix in ea peregit, cum annos duos imperasset.

Leo III.

Leō III. Isaurus siue Conon sceleratus, obscurissimi generis (quippe qui apud Isauros natus sedentariam exercuerat) post Theodosium unā cum filio imperat. Iconomachus Iconomachus appellatus est, hoc est, imaginum expugnator: propterea quod imagines ac sanctorum statuas è templis auferri & incendi iussit, concilio Byzanṭij celebrato: ut gratificaretur duobus Iudeis qui illum imperaturum prædixerant. Constantinopolitanum pontificem, Germanum nomine, aduersantem sede extrusit. Stephanum pont. Romanum minime consentientem comprehendit ac necari iussit. Hoc principe Constantinopolis octo annorum spacio obsidionem passa est à Saracenis, qui propter famis & pestilentiæ magnitudinem, summa calamitate pressi, discedere coacti sunt. Praterea naues eorum igne peculiari arte facta sub aquis incensa conflagraverunt. Inde Siciliam Sergij opera rebellatem ad officium retraxit. Circa finem

ea finem imperij, quod quartum & vigesimum Leoni sacris durauit annum, graui terramotu Bithynia Thra- interdicitur. ciaque concussa, muriq; Byzantij magna ex parte collapsi. Gregorius pont. 111. Syrus Leoni imagines Sanctorum templis restituere nolenti sacris interdicit, & neglecto eo Carolum Martellum Frâcia regem contra longobardos, qui iam pacem cum Romanis, reiecit Imperatore, inierat, in Italia vo- cat. Saraceni Aquitaniâ occupauere: at à Frâcis pulsi, supra CCCC LXXIII millia interficti sunt.

Constantinus V.

Constantinus v. Leonis Isauri filius Orienti praest. Patris retinuit impieta- tem, de imaginibus abolendis graue edi- ctum promulgando. Magicis artibus ad insaniam usq; deditus, nullo scelere abstinuit: non Christianus, non Græcus, non Hebreus: sed o- mnis impietatis mancipium. Constantinopolitanos antistites duos grauiter excruciatos capite ple- cit. Bulgaricum variante fortuna bellum terra marique gerit. Artabasdam primæ nobilitatis ho- minem, Imperatorem ab Orthodoxis creatum, oculorum usu cum liberis priuat. Signum futurae in eo impietatis, iam inde ab initio, dum è sacro puer fonte leuaretur, præse tulit, sacris lymphis ventris solutione commaculatis: cuius rei gratia cognomenum Copronymi meruit. Perijt Elephantia morbo ann. imperij XXIV. Hoc tempore Pipinus Francorum rex, Aistulphus Longobardo deuicto, Rauennatem exarchatum (repugnante Coprony- mo Imperatore) dono dat Ro pontifici: Parlamen- tum in Francia instituit. Turca gens Scythica, ex Hyperberais montibus procedentes, Alanos, Col- chos & Armenios inuadunt.

Copronymus cur dictus.

Parlameti im-
titutio.

Leo IIII.

LEONII. Paterni sceleris atque imperij
haeres, unani omnino in Syria expeditio-
nem fecit. unde leui certamine repulsus
domum rediit pauloque post impium spi-
ritum nepharius exhalauit, anno imperij quinto,
reliquo Constantino filio, quem ex Irene uxore A-
theniensi preba & speciosa suscepit.

Constantinus VI.

CONSTANTINUS VI. Leonis IIII. filius,
cum Irene matre imperat an. decem.
Quo tempore apud Niceam synodo ce-
lebrata cum Romano Pont. de imagi-
nibus restituendis & de spiritus processione conue-
nit. Expulsa tandem à filio mater, que omnia ma-
gna prudētia administrabat: post paulò à ciuibus
Constantini flagitia non ferētibus, reuocata ab exi-
lio in pristinum statum restituitur, annos treis se-
la imperio praesuit, ac Constantino filio in carce-
rem conicetto, oculos eruit, ubi breui tempore extin-
ctus est. Ea ferè tempestate inuenta est lamina a-
neia supra mortuum hominem his verbis, CHRIS-
TUS NASCETUR DE VIRGINE,
CREDO IN EVM. TEMPORI
CONSTANTINI ET IRENES O-
SOLITERVM ME VIDEVIS. Expul-
Irene in Les- sa demum à Nicephoro, Patricio successore ipsius,
dā relegatur. in Lesbuni insulam, reliquum vita egit. Mulier
una rebus omnino administrandis nata. Constan-
tinus cum matre X. annos praesuit, solus V.

Nicephoro

Nicephorus.

Nicephorus Patricius Irene in Lesbū relegata, occupatōque Orientali imperio, pacem illico cum Carolo magno ab Irene constitutam seruauit: ut videlicet Apuliam Calabriām, cum Sicilia sibi haberet, reliqua Italia illi concessa. Cum Venetis item pepigit ut nullius subessent imperio, legibusque proprijs uterentur: Admiratum Saracenos, qui cum trecentis millibus venerat, pactione anni tributi ab se reputit. Venetos sociali classe aduersus Gallos iuuit. Apolloniam immissa classe partim viribus, partim fraude captam diripuit. Stauracium filium imperij consortem fecit. Cum Bulgaris in superiori Mæsia congressus, occubuit, an. imperij X.

Stauracius.

STauracius Nicephori filius in Bulgarij bello vulneratus, patre interfecto statim Constantinopolim reuersus imperium init. A Saracens rupto fædere, quod pater inierat, multa accepit incommoda. Denique à Michaële Curoplate, qui Procopiam sororem eius nasterio inclu in uxorem duxerat, imperio deturbatur & mortuus.

Stauraci mō.
nasterio inclu
in uxorem duxerat, imperio deturbatur & mo-
ritur.

nasterio includitur. Paucis diebus post patrem imp-
perauit.

Michaël.

Michaël Curoplates, cognomēto Rān-Europalates, cabe, gener Nicephori supradicti, sororius Stauracij, inito statim imperio, cum Carolo conuenit, ut Carolus Occidentem, sibi verò Orientem retineret. Venetorum quoque tunc urbs ea conditione Græcis partibus

partibus cœpit, ut immunitate prius à Caroli Francorum rege concessa, quam ad eam diem retinuerant, veterentur. Hic cum aliquandiu aduersus Bulgaros bellum gessisset superior, tandem apud Hadrianopolim fūsus fugatusque, amisis co-

Ex imperato. pījs domum sērecepit: ubi max coniuratione Leo-
te monachus, nūs Armeniaci captus, & in insulam Prom in
exilium missus, ibidem in cōenobio quodam mona-
chum egit, bienniū postquam imperauerat. His for-
tuna vīcībus ab alijs, ad alios transferuntur impe-
ria, & opes, gloria, voluptas & quicquid est com-
modorum & incommodeorum.

Leo.

Leo Armeniacus Pardi Patricij filius,
qui exercitui præerat Orientis, quod re-
rum ponderi sufficere videretur, à popu-
lo Imperator electus. Crumnum Bulga-
rorum regem Hadrianopoli poticum & in Con-
stantinopolim arma vertentem, eruptione facta,
circa urbem mœnia interficit: qua res aliquandiu
Orientis statum pacauit. Parta de Bulgaris insi-
gni victoria, cum ab armis quies esset, ad cedem
multorum conuersus. Diuorum imagines penitus
deleri iubet: nec præfigijs, aut somnijs mater-
nis cladem imminentem euadere potuit. Nam
à Michæle Thraulo, quem in custodia detine-
bat, noctu per infidias, dum sacris operatur, multis
vulneribus confuditur post annos imperij V I I. &
mensis V. Vxor in monasterium detruditur, filij
in exilium pelluntur. Vir fuit omnium crudelissi-
mus, quo sanè vitio res multas bene & præclaræ
gestas obscurauit.

Michaël

Diuoru[m] ima-
gines sublate.

Michaël Thraulus.

Michaël Thraulus, id est, Balbus: nam lingua fuerat Balbutienti, præterea è phrygia superiore non humili solum loco, sed etiam sordido oriundus, atque Iudeorum regionis illius secta contaminatus, interfecto Leone à quo ad maximos honores eucōsus fuerat, & filijs in exiliū missis, imperium inuadit. Thomam qui exercitui Orientis præerat, rebellantem tandem opprescit, defectionisque socios cum ipso Thoma sustulit. Saracenos Cretam inuidentes vicit. Auersus clericis ac monachis omnibus ventris profluvio extinguitur, anno imperij nono. Vetus oraculum innotuit, T V M R E M
 ROMANAM RVITVRAM CVM ET
 BALBV S ET AVARISSIMVS
 PRINCEPS IMPERARET.
 Oraculum ve
 tus.

Carolus.

Carolus Pipini Francorum regis filius, huius nominis primus, primus item Christianissimus vocatus, à Leone pōt. Romano primus Imperator ob egregia in Christianum nomen merita factus est. Sub regni initia Aquitanico bello liberatus, deinde Italiā ingressus Longobardos Franci, capto eorum rege Desyderio, subigit. Saxones sapienter rebellantes, tricennali bello vicit: & quod initio semper fecerat, vera pietate imbuit, Saracenos ex Hispania propellit. Sciauos, Danos & Boemos in ditionem suam redigit. Italiam iterum ingressus Beneventanorum, qui in Ro. pontificem bellum parabant, tumultus compescuit. Leonem Pont. à Romanis expulsum ac eius auxilium implorantem restituit.

Hunicum bellum conficit. Vnde illi post ingentia facinora magni cognomen datum. Vndiq; sic parata pace in Gallias redit, filioque Ludouico imperij consorte declarato morbu & senio confectus, moritur Aquisgrani v. Cal. Feb. anno etatis LXXI. imperij R. o. XII. Salutis D. CCCXV. Tria publica gymnasia instituit ad propagandam & conservandam doctrinam Christiana religionis, ut pote Bononia, Lutecia Parisiorum in Gallis & Papiae, viris vndiq; doctissimis acerbitis. In Germania multa monasteria erexit in usum iuuentutis instituendae scholarum loco. Sinodos quing, prostatue ecclesiastico celebrauit. A multis ut calitum unus, colitur.

Academia
Parisiorū in-
stitutio.

Ludouicus Pius.

Ludouicus Caroli Mag. filius à pietatis religionisque studio Pius cognominatus, audit a patris morte, Aquisgranum venit, ubi legatione Leonis Graci Imperatoris audita, fœdus cum eo renouat. Dacicum bellum ex sententia conficit. Bernardum Pipini nepotem Italiam regem, imperium affectantem securi percutit: eius fautoribus, inter quos multi praesules fuere diuersis in locis exilio mulieratis. Britones & Bulgaros pacis turbatores comprescit. Stephanum IIII pontificem Galliam petentem, magnifice exceptit: à quo mox vñctus & imperiali diadema te insignitus est apud Aurelianos Michaëlis Imperatoris Constant. legatos de imaginibus referentes ad Rom. pontificem rejecit. Quatuor suscepit liberos. Lotharium Italie in Bernardi locum sufficit. Pipinum Aquitania Ludouicu Bauarie, Carolum Calum ex Judith uxore, Francia Burgundique reges constituit, à quibus tamen postea multa

multa incommoda passus Suestione ad Medardum in carcere detenus est p̄issimus pater ab ingratis filijs. At post annum pristinæ restitutus dignitati, omnia ciuiliter tulit, & cum ȳs clementer egit. Decessit Moguntie anno imperij X X V I I . cum vixisset an. L X I I I I . Paschali Pont. Rom. ius eligendorum prafulum remisit, sanxitque vecclesiarum ministri à gemmis cultioréque vestitu temperarent.

A filijs in carcerem detinatur.

Theophilus.

Teophilus Michaëlis Balbi filius, post patrem, cum quo s̄ip̄em annū imperauit, Constantinopoli preficitur imperio. Hic erga subditos equum se ac iustum praestitit. Diuorum imagines execratus, non paucos qui eas colerent, ad mortem usque cœdi uisit. Imagines rācētum Saracenis. Asia prouincias vastantibus bis duntur. congressus bis vicitus est, castrisque exutus. Quintam Amerium, unde illi genus, ab ijs obfessum & proditione captum diripiuit. Tandem cum rebus X I I . an. præfuiſſet dyfenteria morbo perit superstite filio Michaële. Bonus alioqui habitus est princeps.

Michaël.

Michaël Theophili filius sub matris Theodore ac principum virorū tutela, quæ pro eo imperium Constantinopolitanum administravit, adhuc infans patri succedit. Legatos, ut primum imperij, regimen aſſecutus est, cesi: que ei mater, Romanam misit Nicolaum I. Pont. Romanum & Apostolorum Basilicas salutatum, cum ingentis ponderis aureo calice. Hic quo quām patri simili-

Imaginum re-
stitutio.

lior, per summam ignauiam & prodigalitatem
rem affixit: irruentibus multis bellis à cursu equo-
rum, in quem omne studium collocauit, auocari, nō
potuit. Matrem, quod Diuorum imagines execra-
retur, monasterio inclusit. Basiliū Macedonem,
Barda interfecit, dum ludis Circensibus cum ma-
xima insanía indulget, consortem imperij sibi ad-
scivit, à quo mox occisus est an. imperij xii.
quorum treis cum matre egerat. Bulgari Scythia-
cum genus, cum Theodora rebus adhuc prae-
cesset, pietatem nostram populariter amplexi sunt.

Lotharius.

Grave inter
fratres dissi-
dium.

Lotharius maior natu ex filijs Ludouici
Pij, dimicazione inter fratres suborta,
sibi imperium assumpsit. Carolo Gallia,
Ludouico Germania obuenit, qua fra-
trum concordia non diu mansit. Nam infestis ar-
mis die Paschæ cōcurrere apud Fontanicū Altis-
fiodorensis agri vicum, quo conflictu tanta cedes
vtrinque est facta, ut à victo non longè disimi-
lis victor esse putaretur: superior tamen Caroli
exercitus stetit. Post commissam tantam cadem
pax Sergij ii. Pont. Rom. opera, ijs conditioni-
bus facta est, ut Lotharius imperij titulo cū Ita-
lia & Narbonensi Gallia frueretur. Ludouicus
Germaniā haberet. Carolus Francis ad Oceanum
præcesset, additāque est Lothario Austrasia, quæ
nunc Lotharingia est: quam à suo nomine sic ap-
pellatam quidam volunt. Reliquit tres liberos
Ludouicum Carolum & Lotharium. Comæ non
pauci hoc anno ante dissensionem & bellum hoc
fratrum visi sunt. Post hæc cum imperio annos
x v. præfusisset, relicta Ludouico filio, nato mai-
re rerum cura, quem quinquennio ante imperij
consor-

cōsortem legerat, sese imperio abdicans pœnitūdi-
ne rerum (ut opinantur) aduersarum ductus, mo-
naesticam vitam in Trumia monasterio secu-
tus est.

Ludouicus. II.

Ludouicus secundus Lotharij filius, Ita-
lia rex, patre viuēte Romam profectus
à Sergio Pont. coronatur. Saracenos ma-
gno impetu Italiam ingressos, in agro
Beneuentano superat, Reuersus ex Italia in Ger-
maniam post patris mortem, cum Carolo Franco-
rum rege ob Austrasie regnum, quod Lotharij
fuerat, & id sibi totum vendicarat Carolus, di-
scordi animo vixit. Sed mox cōpositis rebus Me-
diolani moritur, cùm imperasset annos x x i. fu-
perstitibus liberis Carolo & Ludouico, qui Fran-
cū Germanisque præfiere. Amantisimus ante
alios Nicolai primi fuit, cuius creationi Rome
interfuit, déque communi consilio cuncta admini-
strabant.

Basilius.

Basilius Macedo, qui Michaelēm occidit,
eo tempore Orientis imperio p̄æst, quo
Ludouicus I I. Occidentis. Adepto impe-
rio profusissimas Michaelis largitiones
ita reuocauit, ut dimidium earum, que accepis-
sent, ærario inferret. Annuente Adriano I I. Pont. Bulgari fidem
Synodū Constantinopoli pro Bulgaria factus Chri-
stianis celebrauit, ubi post longam contentionem
decreatum ut illi pontificis R o. autoritatem seque-
rentur. Per Nicephorum Phocam Saracenos ex
Ancona Dalmatiique fugauit. Erat vir frugi-
uititabat ex ruru vestigali; Decedens (imperij).

an. X X. duobus filijs reliquit imperium Leonⁱ
& Alexandro.

Leo.

Leo Basili Macedonius filius, dum Bulgari, qui à Turcis oppugnabantur, auxilio venit, male rem per Simonem legatum gerit. Cum Saracenis ite Lesbum occupantibus conflixit. Philosophus fuit, omnium literarum, Astrologia in primis studiosus, quem etiam filium Constantimum imperaturum praeditum. Decedens fratri Alexandro reliquit imperium, filium paruum Constantimum ei commendans, quem paulo ante per Euthymum patriarcham diadematè redimierat. Duas habuit uxores Theophaniam, cuius nomini templum dicauit, alteram Zoen. Construxit D. Lazaro templum aliud, eò corpore ipsius translato. Hic ut vigilum, sine custodiarum urbis fidem experiretur, noctu solus è regia mutato habitu atque uestitu sese proripuit: à primis custodibus numerata pecunia se liberat: ab alijs vero pugnis flagrisque cæsus, in carcerem detruditur. Hos muneribus donat, il Dalmatæ cū los bonis exutos expellit. Hoc tempore Dalmatæ Sclavis Christi facta regni divisione, vna cum Sclavis Christianismū ampleruntur.

Carolus Caluus.

Carolus Caluus Ludouici P^g minor natu filius, Francorum rex, humanus princeps: at supramodum ambitiosus, ante acceptum imperium cū Britonibus & Normannis incerto & ancipi^t marte, dimicauit. Mox Romam accersitus à leone 1111. Pont. Rom. Saracenos turbe expulit. Audita post aliquot

aliquot annos Ludouici nepotis morte Italiam petiit & à Ioanne V I I I . Pont. Imperator declaratus imperiali diadenate insignitus est. In Gallias inde rediens, in itinere uxoris fratrem Italiae prefecit. Breui post Italianam repetens armatos contra se Imperatoris Ludouici nepotis filios offendit, cum quibus conflixit apud Veronam. Viatus & in fumgam profugatus Mantuam se recipit: ubi curis confessus non sine veneni suspicione dati à Sedichia medico Iudao dicitur absumptus, anno imperij VI.

Ludouicus Balbus.

Ludouicus Balbus huius nominis tertius, Galliarum rex (quem alij Caroli Calui, alij Ludouici Germanorum regis filium volunt. Constantior tamen fama est, Calui fuisse) à Ioanni Pont. V I I I . & Romanorum carceribus elapso & apud Gallos agente, vincitus & coronatus, prater multorum Italiae principum voluntatem, coacto Tricassibus consilio Imperator declaratur. Imperium valetudinarius princeps vix biennium obtinuit. Obiit Compeditij quo die Christus passus est: duobus relictis liberis Carolo Simplice Francorum rege & Carolomano Arnulphi patre. Hoc tempore Normanni, qui bellis assiduis Francos vexauerant apud Carnutes memorabiliter prælio vincuntur à Richardo Burgundie Duce & Roberto Comite Parisiensi, qui postea regnum Francorum administravit.

Carolus Crassus.

Carolus à corporis habitudine Crassus dictus, Ludouici I I . Germanorum regis filius, à Ioanne V I I I . Pont. Rom. imperij corona insignitus (quod vix

ulli pontificū contigit intra quatuor annos trium Imperatrum coronatione esse insignem) Pannionis multis prælijs afflixit, & Robertū Normanorum Ducem ex sacro fonte leuauit, data illi in uxorem filia cum parte Galliarum. Sed mox cum nec imperio utilis, nec mentis compos esset, ei viuo surrogatur Arnulphus Carolomani filius, Balbi nepos. Sic post decennium ex quo imperare cœpit, moritur, & Angeæ monasterio sepelitur. laudatur in hoc principe religionis studium & in literatos benevolentia, quos ad scribendum adhortari solebat.

Arnulphus.

Arnulphus Carolomani filius, Caroli Crassi nepos, cui curator datus fuerat (nouo & inusitato modo, nempe nepos patruo) ab optimatibus Imperator delectus, Normannos iterum tumultuantes ingenti clade pacatos reddidit. Mox in rapinas conuersus, prædæ dulcedine captus, templo spoliatus & post X I. Imperij annum iusta numinis ira tantam impietatem ulciscere, pediculari morbo, phthisiasim vocant, tandem è vita excessit. Sub hoc imperij maiestas defecit ad Germanos, quæ per centum annos fermè apud Francos steterat.

Ludouicus.

Ludouicus Arnulphi filius à francis & Germanis patri in titulo imperij sufficitus regnauit an. V I. Coronam accepisse nusquam legitur. Hungares mortuo patre Germaniani maximo impetu inuadentes ad Lycum fluuium vicit prostrauitque. Pau- lò post ab ipsis viciis vicitus est.

Berengarius

Berengarius.

Berengarius forijulij princeps, Longobardus ingenio & re bellica potens, ab Italiam assiduis Barbarorum incursionibus vexatis, & antiquum ius, veteremque imperij gloriam amittere nolentibus Arnulphi successor dicitur. Ludouicum Arnulphi filium apud veronam vicit, captumque luminibus priuanit. Pannonios pecunia Italia expulit. Guidonem spolietanum Ducem interemit. Praefuit rebus antiquior.

Berengarius. II.

Berengarius secundus priori succedens, post tertium aut quartum annum a Rudolfo Burgundo rege pellitur.

Alexander.

Alexander viginti annos natus, nec Basilio patris, nec Leoni fratri simili imperio Constantinop. praeficitur, vir luxu & ignavia perditus, rebus imperio pernecessarijs omnibus, tantum venationi, equis, canibus, supellectilique laute vacabat, perditissimum quenque ac profligatissimum ad honores prouehabat. Extinctus est sanguine naribus & pudendis ob crapulam erumpente, dimisso fratri filio Constantino imperij successore, postquam imperasset annum unum & mensem.

Constantinus.

Constantinus Leonis Basili filius septennis a patre sub matris & quorundam nobilium tutela relitus (quorum opera, Andronicus Ducas tyrannidis inuasor

invasor oppressus est) post Alexandrum patruum
Constantinopoli imperat. Hic Romano vitrico i:
exilium pulso, Christophorusque filio eius cum ro:
ta Lecapenorum gente extineto, rem imperij pe:
annos unde quadraginta solus satis prudenter ad:
ministrat. Benevento Longobardis exterto, & ty:
rannis quibusdam oppressis, Turcarumque princi:
bus Christiana pietate imbutus. Hic à literis opti:
misque disciplinis non alienus, quas penè extin:
ctas ab interitu vindicauit, librum Romano filio
relinquit: in quo totius imperij summam, sociorum
fœderarum, hostium vires, rationes & consilia expli:
cuit: quem Veneti in Bibliotheca, ut thesaurum,
adseruant. Nam & multa de eorum rebus dis:
serit.

Cunradus.

Cunradus Ludouici, Arnulphi filij ex
fratre nepos, ultimus ex nobilissima
Caroli magni progenie, Germania rex,
Caesar designatur: nec tamen à Ponti:
fice coronatur. Hic Vngaros, quos instigarat Be:
rengarius (qui Imperatoris sibi nomen in Italia
usurpabat) ut iterum Germaniam depopularem:
tur, superauit, Othonis Saxonia Ducis praesidio,
cuius filius Henricus à Cunrado morituro Im:
perator declaratur imperij an. V II.

Henricus.

Henricus Othonis Saxonum ducis filius,
Aucuparius dictus, defuncto Cunra:
do Germanorum imperio preficitur.
Cum imperium à Caroli magni po:
steritate ad Saxones translatum est Is Vngaros
vicit, Scianos subegit, Dalmatas tributarios fe:
cit,

cit. Boëmos imperij legibus subiecit, Brandenburgum cœpit, Vandalis subactis ad mare usque (hi Christianap. religionem tunc amplexi sunt) toti Germaniae summam tranquilitatem pœperit, Lotharingiam recepit. Othonem filium, morti proximus, imperij successorem instituit, cum imperasset annos octodecim. Regnandi libido his temporibus perniciosissimas aluit factiones anni ferme L X. ab Arnulphi interitu ad Othonem primum.

Otho.

O Tho Henrici Aucupis filius, naturæ & ingenij dotibus excellens, primorum Germania cōsensu regni successor eleitus Aquisgrani ab episcopo Moguntinæ coronatus, ab Agapito Pont. multisque proceribus Romanis Berengarij 111. Albertique filij tyrannidem exosis, in Italianam accersitus cum quinquaginta armatorum milibus venit: Berengarium imperio & Albertum Italæ regno de- turbat, donata tamen eis ex liberalitate parte Gallæ Cisalpina trans Padum. Inde abiens Ludoicum Francorum regem factione suorum incarcerem coniectu libertati regnique administra tioni restituit. Ioannem Pont. multorum criminum officio deicavit, suffecto Leone: Boëslawni Boemia regem ob imperfectum fratrem, regno depellit. Vngarosque Italiam deuastantes aliquot prælatis afflixit, quo conflictu tres reguli à Germanis capiti inuiti Imperatore laquo vitam finierunt. Berengarius Albertusque filius prælio victi, hic Constantinopolim, ille in Austriam relegati, vitam in squalore finierunt. Sicque finis fuit vel Imperatoribus, vel regibus, vel tyrannus Roma, Constantan

Constantinopoli & Italia oriundis. Quibus confe-
ctis Romā profectus à populo Imperator & Au-
gustus salutatus à Pont. R. e. primus Germanorū
principum inunctus imperij corona insignitur.
Tandem moritur cū imperasset annos X X X VI.
Hic primus Imperator Pont. iuramentum pre-
stidit, cuius forma extat 63. distinct. can. tibi domi-
no Ioanni.

Romanus.

Romanus Lecapenus obscuro genere na-
tus, non obstante sanctissimo iuramen-
to, quod praetiterat, quo minus impe-
rium sibi & Christophoro filio vindica-
ret, Constantinum generum imperio deturbare &
in ordinem redigere conatus, cum Bulgaricū bel-
lum infeliciter gesisset, & sextum ac vigesimum
annum imperio praeuiisset, à Stephano filio captus
imperio exuitur & insula includitur. Mox &
eius filij à Constantino comprehensi (cum idem in
Constantinum quod in patrem molirentur, in fo-
ueam quam fecerant incident) alter in Procones-
fun, in Lesbum alter relegatur.

Romanus iunior.

Romanus Constantini filius, iunior ap-
pellatus, senioris ex filia nepos, luxu ac
ocio perditus, vir omnium ignavissi-
mus post patrem imperio sufficitus, im-
perij curam cuidam Iosepho Bringa praefecto tra-
didit. Ingeniosus alioqui ac solers, ubi animum
adPLICARET. Saracenos Creta expulit, Turcas Asia
vastantes Nicephori Thocæ ductu vicit. Matre
Helenam abse abiecit. Sorores vestitu rrgio exu-
tae, regia eiecit, illæ ob dolorem, quæstum fecerunt
meret

meretricium: ipse ludis ac crapulae deditus imperij anno decimotertio veneno extinctus est.

Nicephorus Phocas.

Nicephorus Phocas post Romanum Iuniorum imperium adeptus, classem in Saracenos Siciliam occupantes instruit: ipse in eisdem Asiam depraedantes exercitum ducit. In Sicilia res per duces alta haud bene cessit: ipse Ciliciam & magnam Asie partem latissimis auspicijs recepit: mox Antiochiam noctu aggressus, pulsis Saracenis imperio subdidit. Bellorum pretextu, cum nouis tributis & exactionibus populum & ecclisas expilaret, numismata adulteraret, ac pondus imminueret, odiosus omnibus a Ioanne Zimisce noctu dormientibus in cubili occiditur: intromittente etiam sicarios. Theophania Nicephori uxore Imperavit an. X. (vel ut Egnatius scribit) annos sex, menses totidec.

Ioannes Zimisce.

Ioannes Zimisce Nicephoro Phoca interficito, imperium asequutus, omnes Nicephori necessarios è medio sustulit & damnatos ab eodem exilio, reuocauit. Basilum & Constantinum fratres Romani Iunioris supradicti filios Cesares fecit & imperij consortes adscivit. Sphenodosianum Roxolanorum regem, qui Bulgariae ferè omnem occupauerat, cum exercitu toto cecidit, tropheaque in templum Constantiopolim retulit & innuminis Christi Seruatoris imaginem percussit, cù hac inscriptio, IESVS CHRISTVS REX REGVM. Quid posteri Graeci seruauerunt. Veneno sublatus anno imperij sexto.

Otho I I.

O Tho secundus Othonius primi ex Adelanda filius re in Saracenos Graecosque bene & feliciter gesta, à patre consors imperij adscitus, à Ioanne XIII. Pont. Rom. inunctus coronatusque, Henricum Bauarie ducem rebellem armis donuit & aduersus Lotharium Francorum regem, qui Lotharingiam sibi vendicabat, Franciam ingressus Laudunensis Suezionumque agris fœdis populationibus vastatis, Parisiorum quoque suburbia incendit. At dum reuertitur in Germaniam dum vado Azonem fluum traiicit, graui incommodo à Francis afficitur, plerisque suorum militum aquæ vorticibus absorptis, pluribus ab inservienti hostium multitudine interfectis. Mox auditæ fama Saracenos Calabriam repetitæ aduolat: at infeliciter congressus ad Basentellum vincitur, occisis penè ad internationem legionibus, ac scapha consensa à piratis interceptus in Siciliamque perductus, sed ibi agnitus, sese promissa Siculus ingenti pecunia liberari, Romamque perduci obtinuit, & de piratis à Siculus sumptum est supplicium. Beneuentanos, Romæ conscripto exercitu, quod signa deseruissent, imparatos, & nihil tale timentes adorantes urbem caput, spoliauit incendit. Beneuento urbe deleta Romam reversus moritur, cum imperasset solus post patrem an X. Ferunt veneno ab Italz sublatum propter severitatē duriorem, qua in imperio usus est.

Constantinus.

Constantinus & Basilius fratres Romani Ianioris filii, rem post Ioannem tenuere. an. L III. Othonis. II. tempore. Basilius in primis annos quinquaginta solus potitus, Bardam Sclerū unum è Ducibus rebellantem, in potestatem redactum, oculis priuauit. Bulgarios deinde quotidie tumultuantes, magnis ac pluribus praelys tādem superauit, vna cum Samuele eorum Duce, ac quindecim milibus ex eis captis oculos effodit, uno incolumi relitto qui ceteros ad Samuelem eorum Ducem prairet. Ob id Samuel non multo post animi dolore confitit perijt. Ampliatis imperij terminis Basilius post L X X I I. vitæ annum decebens, cum imperasset L II. an. Constantinum fratrem imperij successorem reliquit.

Constantinus.

Constantinus triennio tantum post fratrem imperauit, vir omnino ignavissimus, imperij totius cura alijs demandata. Decepsit septuagenarius, relictis filiabus Eudochia, Theodora & Zoe quam Romano Argyropylo patricio, qui sibi successor, matrimonio locauit. Circa hac tempora Henricus Burgundiae dux cum liberos nullos haberet, Ducatum suum regi Gallorum moriens testamēto legat.

Romanus Argyropylus.

Romanus Argyropylus, Constantini gener, imperij hares, multa in melius mutauit, summa liberalitate in omnes usus. Verum cum Saranica Asia ex-

peditio parum ex sententia cessisse, reponente mis-
tato, totum seignauie, ac auaritia iradidit: nec
m lto post Zea salaciſimae ac steriliſ i ſujs &
Michaēlis Paphlagonis adulteri, dolo inira' Bal-
neas aquis immersus obiit, cum annos quinque &
dimidium imperasset.

Otho III.

O Tho tertius. Saxonie Dux, Othonis
11. filius à principibus Germanus Im-
perator Roma dictus, à Gragorio V.
Pont. Max. consanguineo ſuo Bruno
antea vocabatur) quem ille Pont. crearat, diade-
mia imperiale accipit. Sed cum Saxoniam pteret
Imperator, Gragorius Pont. à Ioanne Pont. adul-
terino urbe pellitur. Otho irarum plenus, maxi-
mis copijs accinctus, Italiām ingressus Romam
vi capit. Crescentium cōfulem, diſidijs authorem,
captum, oculis erutis & auribus truncis retror-
sum, aſno impositum & ſupectaculi loco per ur-
bem circumiectum interfecit: Ioannem Pont. exo-
culat: Gragorium v. consanguineum ſuum priſti-
nae restituit dignitati: qui ſanctionem tulit, qua
in hunc uisque diem ſeruatur, in hac verba, IMPERATORVM NVLVS HAERE-
DITARIAM DIGNITATEM VEN-
Gregorij V. DICATO. PRINCIPES SEX, SA-
de imperat. CRI ORDINIS TRES, PROPHA-
eligēdis Ian- NI TORIDEM EVM DELIGVNLOS
HI DISCORDES SI FVERINT
BOEMIAE REGEM COAPTANTO.
Hic cum imperasset annis X + X. Roma mori-
tur, non ſine veneni ſuſpicio. Uxorē habuit
Mariam filiam regis Aragonum, fæminam, ut
dicunt, intemperantem. Mirabilia mundi voca-
tus

tus est, ob ingenij promptitudinem & singularem prudēiam. Hu temporibus Senonum urbs ob Cœmico Regis audi socius regis Francorum patrimonio adycitur.

Henricus. II.

Henricus huius nominis secundus, Bauarus, dictus Claudius, Othonis primi vel filius, vel ex filia nepos (nam id ambiguitur) à Germanis electoribus, secundum Grægorij v. Pont. Rom. formulam, Imperator electus anno incarnationis tertio supra millesimum, suum in Italiam aduentum per annos duodecim distulit. Multa cū Gallis, plurima cum Metensibus bella gesit. Accepta Romæ à Benedicto v. III. imperiali corona, in Capuam mouit, Saracenos Italia expulit: Troiam in Apulia finibus, ubi olim Hannibalis castra fuere, à Gracis adificatam, ob sedis & per ditionem recepit. Hunc Henricum Historiographi multis efferunt laudibus, quod optimus Christianissimusque princeps cum Sinegunda uxore virginitatem, vel certe diutinam castitatem seruauerit: Hungarosque debellatos suasionibus & precum instaria ad fidem Christianam pertraxerit, data fratre Stephano Hungarorum regi in matrimonium. Cum in imperio pè ac sanctissimè an. V. II. vixisset, mortuus, Vrambergæ sepelitur: Conrado Franco I. legitimo electoru suffragio Casare declarato prius. Ob vitæ innocentiam & insignia miracula post mortem in diuorum cata logo adscriptus est.

Troia urbs in Apulia.

Henrici castitas.

Hungari fidē recipiunt.

Conradus II.

Conradus Francus huius nominis secundus, post trium annorum interregnum, legitimo tandem Principum Germanorum suffragio eligitur, virtute ac militari disciplina ad tantū fastigium electus: cum sub imperij initium videret paucim omnia turbari, efficit ut in imperij consortium filius suus eligeretur: ne se in Italiam profecto sine capite certo imperij subdit: inter se tumultuantur in Germania. Mediolanum comparato exercitu diu obsedit: cūmque supremum exitium urbi minaretur, deterritus oraculo obsidionem soluit. Itaque motis à Mediolano castris Romanus profectus, aurea corona à Ioanne. xii. & imperij titulus ornatus est. in Sclavos ac Pannonas, qui rebellantem Italiam adiunuerant feliciter pugnauit. Basilicam Spirensen magnis sumptibus extruxit in qua cū uxore sua Gisella, seu Gista ex qua Henricum II. suscepit, cum in humanis esse desijt conditus est. imperij anno xv. Hoc principe conciliū Triburgi ad Moguntiam habitum est. Et Burgundia tunc diuisa est in Ducatum scilicet, & Comitatum ut Ducas ad regiam Gallicam: Consensus vero ad imperij ditionem pertineret.

Spirensis ba-
silice extru-
ctio.

Burgendix di-
uisa.

Michaël Paphlago.

Michaël Paphlago Zoës adulteri, quique eius virum Romanum Argyropylum è medio sustulerat, ab eadem Zoë imperio praesivit Constantinopolitano. Mancipium fuit Barbarum, nec re uilla nisi forma commendatum, mente etiā commotum, labensque ad singula momenta, spuma insuper

insuper oris fœda. Quis non effrenem in quinqua- Zoës effrena-
genaria fœmina libidinem excretetur? aut fortu- ta libido-
næ ludum in hoc principe non admiretur? Asciuit
sibi primum illa omnem imperij potestatem, Mi-
chaële velut ministro vsa. Sed non diu durauit
hæc obseruantia: nam Michaël imperij habenas
sibi retinuit, nec male rexerit. Tricennales inducas
cum Aegyptio regz percuſſit. Edeſſam obſidione
liberauit: Domi in ſuos facilis, Zoë propter exper-
tam libidinem parum aquis fuit. Tandem inter-
cutis morbo cum laborare cœpiffet, Michaële Ca-
laphatē hæredem imperij eſſe voluit, cum im-
perasset annos ferè septem.

Michaël Calaphates.

Michaël Calaphates ignobilissimus, à Zoë adoptatus, cuius parentes apud Taphlagones pice naues oblinirent, unde & cognomen adeptus, consilijs deofus, rei cuiuslibet simulator ac disimilator, inuidus, iracundus & ad quamlibet auram mo- bilis, eius Zoë pedibus aduolutus sanctè iurat ci- tulo tenus ſe imperaturum, potestatem totam pe- nes eam mansuram. His blandicijis ad Conſtantinopolitanum imperium eueſſus, auarè perfide ac crudeliter rem ſuceptam administrat. Ingratiſſimus enim in omnes, patrum tantæ maiestatis primum elecit, reliquos deinde consanguineos ſu- ſtulit, inde Zoëm, fingens ſibi ab ea ſtructæ infi- dias ac venenum poſitum, à quibus innocens erat, relegauit: ipſe interim genio indulget. Id indi- gnifimè ferens plebs, Zoëm ab exilio reuocatam, Imperatricem creant, Michaële fugientem ca- piunt, exoculanſ unā cum fratre Conſtantio, qua- tur.

Michaël ca-
ptus exocula-
tur.

familiaris Gracis pœna est. Menses quatuor & tandem dies rerum potitus est.

Henricus. III.

HEnricus tertius Conradi Franci filius dictus niger cum imperij coronam accep:isset, Principū consensu Vldarium cum Boemie regem bello fatigatum tributum annum sibi pēdere coēgit. Petru Hungarorum regem à suis expulsum, regno restituit: apud Capuam Saracenos vicit. Caterum pertensus eorum quæ Romæ agerentur, Romam contendens abdicatis adulterinis pontificibus aliquot. Syndegerum Bambergēsem episcopum Pontificiae sedi Rom. præfecit, quem Clementem I I. dixere, à quo Augusti Imperatorisque titulus præsente synodo ornatus est. & ut caueret in posterum pontificum securitati, iureiurando Romanos adegit, ut à pontificum electionibus abstineret. Deinde Capuā nouo præsidio aduersus Saracenos firmauit. Henricum in Germaniam regressus filium quinque annos natum Casare eligi & Aquisgrani coronari curauit. Obiit imperij anno X VII. Vxorem habuit Agnetam Gulielmi Aquitaniae principis filiam. Hoc principe species sectæ Manichæorum resurgit in Gostar, quæ omnis animalis esum execrabatur.

Manicheorū
heresis.

Zōē.

Zōē restituta & ab exilio reuocata, gratias populo agit, eiūsquo consensu imperio præst Constantinop. adscita Theodora sorore, ac tertia viro Constantino Monomacho ab exilio reuocato, iungitur.

*tur, quem Imperatorem pronunciat mensibus tri-
bus vix exactis.*

Constant. Monomach.

Constantinus Monomachus imperatorij
sternmatis ornatur, princeps ignauus &
luxu rorosus, diffluens concubinam egre-
gia aliquo forma iusta uxoris loco ha-
buit, quam effl. et m. deperit. Duo grauissima
bella civilia sustinuit, alterum a Maniace Geor-
gin, alterum a Leone Tornicio, illata: & multa
externa. Turcarum arma per Asiam tunc latius
euagata sunt: victi tamen sunt Roxolani & Pat-
zinacæ, Scythicum genus hominum. Hinc prima
labes, hinc reliqua quæ consecutæ sunt clades ortu
habuere, res pessum ob huius principis ignauiam
ire cævere. Demū ipse coniuxque una pestilentia
eodem ferè tempore interiere. Imperavit an. X II.
Libera iis in pauperes ac tempila fuit. Cenobium
instituit ubi senes alterentur: vexabatur po-
dagra.

Theodora.

Theodora Zoë soror, Senatu non consen-
tiente, biennio rexii Imperium, ab Eu-
nuchis amicis paternis, qui potentes erat
confirmata, cum Nicephorus quendā,
qui Bulgariae præerat, Imperatorem Senatus ele-
gisset. Hac Imperatrice tanta domi forisque qui-
es & otium fuit, tanta rerum omnium libertas,
ut fæminei imperij neminem pæniteret. Verum
ingrauescente cum astate morbo, Eunuchorum il-
lecebribus adducta, Michaëlem iam senio confectum
Imperij ac curæ participem fecit.

Michaël senior.

Michaël senior, vir genere & opibus clarus & ad imperandum minus idoneus, estate eum prægrauāte, post Theodoram ab eisdē Eunuchis imperio præficitur, hac cōditione, ut titulo tenuis Imperator esset: illi verò administrarent. Cūmque Reipub. inutilis videretur, à Patriarcha Senatorque deiectus, in ordinem factione Conueni, cūm vix annum rerum potitus esset redactus est. Privatus factus non multo post fāciū ac naturā concepit.

Henricus IIII.

Henricus quartus quem tertium Egna-tius facit, superioru filius, impietati & omni sceleri deditus: insuper à Gregorio VII. (qui Hildebrandus dictus erat) cui infestus erat, hostis ecclesia appellatur & sacris interdictus. Quare commoratus, exercitu conscripto, cum Clemente, quem pontificem in Germania creauerat, Romam petens, Basilicas D. Petri & Pauli euertit, Gregorium Pont. obse-dit. Agnetem matrem fæminam prudentissimam, sius facta improbanem à rerum administratione amouit. Rodulphum Imperatorem à Principibus, Gregorij Pont. hortatu, creatū, mutuus prælys vicit. Expeditionem Hierosolymitanam Christianorum principum tunc primum incipien-tem, impedire conatus est. A filio Henrico, quem Imperatorem delegerat, captus & Leodij custo-ditus, pādore carceris post annum X L V I I I . Imperij miseram animans efflavit. Rodulpho enīse Hildebrandus coronam cum hac inscriptione,

Hildebrandus
Henrico sa-
cerdos interdi-
cit.

Agnes Henri-
ci mater.

Petrus

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.
Quo significare voluit à Christo imperium collatum esse Pontifici, & ab hoc vicissim principibus conferri.

Henricus V.

Henricus quintus quarti filius, post patrem quem bello & armis infestatus fuerat, imperij fasces suscipiens, annum patris, maximè in Pontifices regnet: nèpe Paschalis pontifex huc ab Urbis ingressu prohibere voluit, sed tanta inuria ferox adolescensitanus impatiens, Pontificem in potestatem redigit, & ab eo coronam extorxit, tunc inhumaniter satis in clerum Romanum levitum est. Quæ cum postea, quasi per vim facta, in concilio renocasset Pontifex, Henrici furorem rursus ad repetendam urbem excitauit, ubi iterum, Pontifice absente, à presule Bacharense diadematè redimitur. Tertiò postea in Italiā trāyciens, Gelasium II. Urbe dus vrbe pellit. His gestis, Germaniam repetit, ubi moritur, nullis relictis liberis, anno imperij x v. Spire sepelitur inter maiores.

Gelasius secundus
dus vrbe pel-
lilit.

Isaacius Conuenus.

Isaciūs Conuenus gente nobili ortus, in obeundis negotijs expeditus, fortis, pace belloque clarus, infractus, moribusque arroganteribus, post Michælem imperio præficitur, adiuuante Patriarcha, quem postea ingratus & accepti beneficij immemor cum suis relegavit. Inter venandum lateris morbo correptus, cum defascat. Accusatus quod in Michælem tyrannide vñus esset, sese Reipub. causa id fecisse, dixit. Bieno & Isaaciūs im-
perio se ab-
dicat.

nio & tribus mensibus imperio præfuit Constantiopolitano.

Constantinus Ducas.

Constantinus Ducas Senatus populi que
conse su Isaacij successor declaratus,
conspirationem sub initia grauem ex-
cepit, quam non sine discrimin'e vitæ
compreßit. Tres ex Eudochia liberos suscipit, toti-
démque fæminas. Pietatem coluit, æquitatem ob-
seruauit, R eip. prudenter satis præfuit: sed auari-
tiae supramodum dedicas suorū sibi odium conciliavit, hostibus imperij res undique vexanibus
ludibrio fuit. Ad externa mala Constantinop. clades acceſſit, nempe graui terramotoſus quo templa
Terræ motus adesq; multæ corrueſe. Excessit anno etatis ſexagimo, imperij xii. vel ut alijs placet, vii.

Eudochia.

Eudochia Constantini Duca uxor una
cum filijs, nondum imperio maturis, ma-
rito ſuccedit. Poterat fortaffe, res dome-
ſtice muliebri prudentia non incommodè
administrari, ſi foris ceſſaffent bella ſed imminen-
tibus undique Barbaris & imperij multas regi-
nes vastantibus, fortissimum principem, qui tan-
tis periculis occurreret, hoſtiumq; impetus compe-
ſceret, & R eip. prudentia ſua ac fortitudi-
ne tueretur, à Senatu populoque deli-
gere coacta, Romanum cogno-
mine Diogenem, poſt men-
ſes imperij ſeptē, filijs
non improbanti-
bus, virum
ſibi adiū-
xit.

Romanus

Romanus Diogenes.

Romanus Diogenes suscep^{to} imperio, cùm victoria contra Turcas esset potius, ac Remp. metu liberasset: à Senatu Imperator e- quod Imperij Iure pupillos priuare vi- cul's Priuatus deretur, capi^{us}, oculisque priuatus in insulam re- deportatur. legatur. ubi ab Eudochia uxore sepelitur, pest imperij annos tres, menses octo. Huius pater Pa- tricius ordinibus præfuit, & ob seditionem in Sar- diniam ad exulandum missus.

Michaël.

Michaël Constantini Ducae filius, à fame, que sub eo inualuit, Parapi- naceus cognominatus, imperio surro- gatus, ad administrandum minime aptus, duobus Eunuchis rerum cura tradita, stu- dys tantum literarum & versibus factitudo va- cabat. Quare præfetti, Turcis undecunque immi- nentibus, velut coacti, Nicephorum Botoniatem, qui originem à Nicephoro Phoca imperatore du- cebat, imperatorem sibi delegerunt: quem, in prin- cipis ignavi inuidiam, facile ciues Constantinop. admisere, Michaele prius, cum uxore & filio in monasterium detruso ac in monachum recepto Imperauit annos sex.

Nicephorus.

Nicephorus in Michaëlis locum coopta- tus Constantinum, Constantini Du- cae filium, imperium sibi asserrere con- tendentem, capi^{um} rotundit, ac in sa- cerdotem inunxit. Verum iaud multo post Nice- phorus ab Alexio Conuso milibibus acceptior, deceptus, imperio dejectur, urbe à milibibus, ipso die



die pacha direpta, & in cœnobium coniicitur, ubi aliquandiu vixit: imperij anno tertio. His temporibus Gofridus Bilionius Lotaringia Dux expeditionem in Iudeam aduersus Saracenos sumpsic, quem illustrissimi ac præstatisimis Gallia principes comitati sunt, diuenditus vel oppigneratis bonus suis.

Alexius Conuenus.

Alexius Conuenus Nicephori successor veluti ex professo Lat. n. minis hostiū prater bellum, quod cum Roberto Vi-scardo infeliciter gesit, Venetis etiam armis adiutus, Gallorum memorabilem illam expeditionem, quam suspeçtam semper ab initio duixerat, perturbare conatus est. Ceterum non succedente consilio, his conditionibus commeatu, & alijs necessarijs rebus adiuturum se Gallos recepit, si quacunque cepissent ex hoste, sibi restituerent: ex ducibus nostris certè plurimum Boamundo Normanno deferre visus est. Inde ad pacis artes conuersus orphanotropheion erexit & museum: in altero pueros puerasque parentibus orbos atendos, in altero erudiendos instituit, sumptusque his ex regio vectigali dat. Ad supplicia minimè præceps, moribus moderatus. Tandem morbo fatigatus post VII. & XX. imperij annum, menses quatuor cum dimidio, mortens, Ioanni filio, reluctante in primis matre, imperium reliquit.

Calioianus.

Caloianus Alexij Conueni filius, mortuo patre imperium adiecius, consanguineos suos dignitatibus ornat, in Isaacium fratrem propensissimus, quem incredibili charitate dilexit. Gallis & Venetis infestus

festus fuit. Victoriae multas ac praeclaras in Oriente contra Turcas, Persasq; affequatus, ad extremum cum esset in venatione, ac telo a seipso intoxicato quod in aprum tendebat digitum dextra sauciasset, moritur, post quintum & vigesimum imperij annum. Manualem fratrem natu minorem imperij heredem dixit, cum Isaacum minus aptum sentiret: non contenenendus omnino princeps.

Lotarius II.

Lotarius secundus, quem nonnulli Ludorum vocant, Saxonum Dux, ab electoribus Imperator creatus, cum Conrado (qui post imperavit) disfidium de Imperio maximum habuit: quod tamen D. Bernardi opera sedatum est. Aduersum Boemos expeditionem tentauit, at res inconsultè cœpta, plurimos ex suis amisit, & pax utrinque disiderata, utrinque etiam accepta est. Bis in Italiam prefectus est, primum ad compescendos motus contra Innocentium secundum (a quo coronatus est) propter novi pontificis electionem, Romæ coortos: deinde contra Rogerium Campaniam & Apuliam iniuste possidentem, quem Italia expulit. His rebus compositis, peste in itinere correptus obiit, cum imperasset annos undecim.

Conradus III.

Conradus III genere Suevus, Bauaria rex, Henrici III nepos ex filia, imperium consensu principum natus, expiationem omnium grauissimam tentauit: Asiaticam scilicet, contra Saracenos, quam prius tamen parauerant Ludouicus junior, Ludouici Crassi filius, Gallorum, & Richardus Anglorum reges. Traictto nanque Bosphoro Thracio immisit.



immature, obsidionem Iconij soluere coacti sunt
réque infecta maximo regum dedecore discessum,
fraude & perfidia Emanuelus Constantinopolita-
ni Imp. ut in Emanuele dicetur. Conradus ad suos
in Germaniam reuersus inglorius nondum Impe-
rii diadematè suscepto vitam curè morte commu-
rat, anno imperij X V.

Emanuēl.

Emanuel, siue Manuēl Caloiocannis fra-
ter, vel, ut alij volunt, filius, vir scelerat-
tus & R. Christianæ perniciosus, Con-
stantinop. Imperator, Conradi, ad expe-
ditionem Ierosylmitanam profiscientis, militibus
fame laborantibus, commeatu eos se iuuare simu-
lans, gypsum contusuri farinæ immixtum per sum-
mum scelus dedit. Simili fraude impius ille Ludo-
nicum Francorum regem decipit sic breui magna
militum nostrorum vis consumpta est, & ex tan-
ta militum nuper multitudine vix decimus eua-
sit. In Venetos Stephanum Pannoniæ regem exci-
tauit: eorumque legatum Dandalum liberius lo-
quutum, contra ius gentium utroque lumine pri-
uauit: negotiatores, quos simulata pace euocarat,
faed: fragus ille comprehendit. quare armis Vene-
tiū pressus (promissa bonorum restituzione) equis
pensionibus impetrat. Prælium cum Turci fune-
stissimum gesit, in quo penè capitus est. Demum
cum Astrologiae pertissimus haberetur, sponderet
que sibi multos adhuc vitæ & imperij annos, post
imperij an. XX X V. I. I. monasticam securus vi-
tam morbo pergit.

Alexius

Alexius.

Alexius admodum puer patri Manuëli succedit. Andronicum Callidum & impium tutorem testamento sibi à patre relictum, infestissimum habuit. Is enim Latinis, qui puero fauebant, pulsis, Alexium cognatum quindecim annos natum, cùm treis à patris morte rerum poritus esset, libidine regnandi excæcatus, clām miserè excruciatum necat, capitēque truncato reliquum cadauer culeo insutum in mare projicit.

Fridericus.

Fridericus cognomento Aenobarbus, à colore rufa Barba, natione Sueus, patre Friderico, qui frater Conradi regis fuit, in Italiam trāiens Mediolanum, Derthonam, Cremonam, plurāq; alia loca, quod ab eo desciūsset, solo aquauit. Romanus ingressus ab Hadriano 1111. Pont. clausis Vaticani portis diadematē insignitur. Romanorum impetum eò per vim irruentium euitare non potuit. Mox reuertens omnia populatus, post aliquot annos iterum Romanum contendit, Alexandrum Vrbe fugat, Vaticanum simul cum D. Petri Basilica occupat. Infeliciter tandem Mediolanenses, quos Veneti tutabantur, aggressus, vix fuga elapsus est. Initia concordia & simultate omni deposita, Syria-
ca intentus expeditioni, in annis transitu mersus obijisse dicitur anno imperij.

XXXVII.



C

Henricus



Henricus VI.

Henricus V I. Friderici filius, Asper à moribus dictus, viuente patre Romanorum Rex designatus consensu Germanorum Principum. Aquisgranico coronatur. dein mortuo patre à Clemente III. Pont. data illi Constantia virgine Deo dicata, & viro matura, Rogerij Normanni filia in uxorem Imperator inauguratur, ea conditione, ut in eius gratiam Tancredum spurium Sicilia regno pelleret, quod ad se Pontifex pertinere contendebat. Igitur Henricus comparato exercitu, breui Tancredum expugnat, Neapolim per vim capit, ac diripit: duas Tancredi filias innuptas interficit. Sunt tamen qui scribant pestem Imperatorem ab incepto auertisse, & Tancredo mortus potum regno fuisse. Post hec Messane agrotans moritur, postquam imperasset an. VIII. reliquo Friderico filio ex Constantia.

Andronicus.

Andronicus Conuenus occiso Alexio cognato, imperium adepsus, (ut tyrannidem stabiliret) proceres omnes quorum suspectam virtutem habebat, breui interficit. Omnibus ob insitam scutiam inuisus, cum undiq. à Guilielmo Siculo premeretur, tandem ab Isaacio Angelo præter suum omniumque opinionē, prælio victus, imperio dejectus, captusque ac per urbem camelō sedens, circumiectus manu absissa, caput alliorum nescie, diadema in loco præcinctus, oculoque effuso, turbæ vulgig, tumulu lacer, perijt. Biennio rebus præfuit.

Isaacino

Isaacius Angelus.

ISACIUS ANGELUS, CONUENORUM STIRPE È ME-
DIO SUBLATA, POST ANDRONICUM, PRÆTER OMNIA
SPEM, SUMMA RERUM POTITUS, CLASSEM AD RECI-
PIENDAM CYPRUM FRUSTRÆ COMPARAUIT. BEL-
LUM CUM MYSIS INFELICITER GESEBIT. FRIDERICÙ AE-
NOBARBUNI ROM. IMPERAT. IN SYRIAM PROPERANTEM
MAGNIFICE EXCEPIT. AB ALEXIO FRATRE NATU MINO-
RE, QUEM À TURCIS CAPTUM MAGNO REDEMERAT, PER
SUMMUM SCELUS IMPERIO OCULISQUE PRIUATUR & IN
CARCEREM CONYCTUR. EADEM IMPICATE ALEXIUM
NEPOTEM SUUM AN. X XI. AGENTEM VOLUIT PERDERE.
TANDEM POST LONGAM CAPTUUITATEM À FILIO ALEXIO
CARCERE EDUCTUS IMPERIOQUE RESTITUTUS, MORBO AÉ-
RIS, UT CREDITUM EST, INSOLENTIA CONTRACTO OBİT, AN.
IMPERIÙ X V I.

Philippus.

PHILIPPUS FRIDERICI BARBAROSSÆ FILIUS,
HENRICI V. I. FRATER À GERMANORUM PRO-
CERUM PARTE MAIORE IMPERATOR ELIGITUR.
AT INNOCENTIUS III. OTHONEM SAXONIÆ
DUCEM, CUIUS MAIORES PONTIFICIAM DIGNITATEM
OLIM TUTATI SUNT, AB ALIQUIT PRINCIPIBUS ELECTUM,
CONFIRMAT, INUNGIT, CORONÁQUE IMPERIALI EXORNAT.
QUA DISCORDIA AD ARMA VENTUM EST. OTHONI AN-
GLORUM, PHILIPPO GALLORUM REX EX PROFESSO SUPPE-
RIAS TULIT. PRAUALUIT Tamen PHILIPPUS PROFLIGA-
TOQUE SAPIUS OTHONE RERUM TANDEM POTITUR. DE-
INDE POST QUAM PHILIPPUS ANNO NOSEM IMPERAS-
SET, À COMITE PALATINI OTHONE DE VUITTELSPACH
(AIUNT FATALE ID SIBI ACCIDISSÈ) MISÈRE BAMBERGÆ OC-
CIDITUR EO DIE QUO À MEDICO EI VENA INCISA FUERAT.
HUIUS OTTHONIS DE VUITTEL GENUS CELEBRE & CLARUM
FECERAT FRIDERICUS PRIMUS HUIUS PHILIPPI PATER.



Otho.

OTho Saxonum Dux, quem in Philippi odium Imperatorem legerat Innocentius Pont. Philippo mortuo, à Germanis primatibus ad tollendam discordiam facile sufficitur, coronat úrque Romæ cōfestim omnium consensu ab eodem Innocentio Pon. Cum verò & Pontificia ditionis quādam opera caperet, & Friderici minoris regnum Sicilia inuaderet, sacris interdicitur, imperioque deicitur: Fridericusque, illi ex professō hostis, adiutante Innocentio Imperator creatur & adiuuantibus Italiis infectatur. Victus in Germaniam proficitur, ut res componeret, Francorum regi Philippo II. bellum indict: nec sine manifesta vi numinis & Gallorum virtute memorabili clade affectus & in pugna Bononiensi victus, in patriam inglorius se recepit: ubi paulò post mortem obiit, cum an. tantum IIII. imperasset.

Alexius Angelus.

Alexius Angelus fratricida princeps planè impius fratre natu maiore, imperio oculisque (ut diximus) priuato, imperium occupat Alexium Isaaci filium nepotem suum perdere conatur. Sed non multò post grauis ultius adfuit. Restitutus enim Bīzantio per obsidionem expugnato nepos, patrem è vinculis eductum, adhuc viuentem imperio restituit. Ipso autem Alexio fratricida nocte concubia fuga dilapsa, nepos Alexius post patris Isaaci subitam mortem Imperator dictus est, Gallorum Venetorumque armis praealentibus.

Alexius

Alexius Iunior.

Alexius iunior (qua dictum est ope,) imperio Orientali restitutus, fædus cum Gallis & Venetis, sancierat hac conditione, ut Patriarcha Constantinopolitanus R. pontifici, tanquam maiori, subfet, & damna Franci Venetiisque à Manuele illata compensaret. Qui cum rerum, quas promiserat, sat ageret, à Murziphlo quodā ignobili, quem tamen ad summum dignitatis gradum euexerat, puer admodum mense post restitutionem vix exalto, necatur, sed Murziphlus imperio occupato & urbe Byzantio amissa, in Peloponneso à Franci Venetiisque captus & Constantinopolim retractus, per summam ignominiam & cruciatus miserè periit, Excelleus Francorum Venetorumque virtus imperium, quod tot annos factiosissima & turbulentissima Græcorum natio possederat, Latino nomini facile asseruit.

Balduinus Flandrus.

Balduinus Flandriæ Comes, capta urbe post Murziphli tyranni fugam xv. vi. rūm suffragio (quibus ex procerum consilio creandi Imperatoris diligendis, Patriarchæ potestas irrefragabilis esset attributa) Imperator Constantinopolitanus eligitur. Veneti Thomam Maurocenum (quando ita conuentum fuerat, ut si ex Franci designaretur Imperator, Veneti Patriarcham designarent) patriarcham designant. Qui statim Romam profectus ab Innocentio III. liberiore quam petitum fuerat animo in Constantinopolitanum Patriarcham confirmatur, quod ea ecclesia verè tunc Romano Pontificatus subijceretur. Mox reuersus celeberrimo gen-

tium conuentu Balduinum confirmatum auctoritate Apostolica corona donat: qui vix anno circumacto, cum, præter Adrianopolim omnia receperisset, moriens Henricū fratrem successore habuit.

Henricus.

Henricus audita Balduini fratri morie, Adrianopolitanam obsidionem soluens, Constantinopolim reuertitur. Imperator declaratus pacē cum Wallachis firmat, filia Duci in uxorem ducta. Inde in Thessaliam prefecitus Guilielmum Bonifacij filium Thesalia regem declarat. Mox ordinatis cunctis & dispositis intempestiva morte decedens, Iolantam filiam Petro Altisiodorensi nuptam hæredem reliquit, post imperij annum undecimum vel ut alijs scribunt xiiii.

Fridericus II.

Fridericus i. patre Henrico v. ex Constantia, Præstantissima muliere, annorum non magis quam prudentiæ plena, matre genitus, auo suo Barbarossa haud dissimilis, tum ambitione rei militaris, tum prudentia & consilio, quibus omnia pericula vicit. Othonem v. defuncto in Rem. regem electus, Roma ab Honorio i. imperiali diadematate insignitur. Mortua Constantia matre, tres Romanos inseclatur pontifices: Honorium scilicet iiii. Gregorium ix. & Innocentium ii. Italianam omnem in factiones quæ tunc primum in Hethuria per Guelph & Gibel duces Teutonicos cœpere) Guelphorum & Gibellinorum scidit. Quæ nomina utique Italæ permicissima, duos Pontifices ad mortem usque exercere. Mediolanenses, quod Pontifici fauerent, prælio vincit. Terrum Teupolm eorum, ducem captus, crude

crudeliter necat. A Pontifice Innocentio III. im-
perio abdicatur, diris persequitur, H̄ericus Thurin-
giae Lanthgrauius (ea est apud Germanos digni-
tas) Imperator dicitur. Quæ omnia haud magni-
astimans, regnum Siciliae occupat. ubi morbo cor-
reptus, Manfredi filij nothi dolo necatur, cum an-
nos duos & triginta imperio præfuerit. Hic Bononiense gymnasium, quia ciues imperatis non sta-
tim paruissent, Patarium transtulit: ex Florentia
etiam Guelphos eiecit. Vxorem habuit filiam regis
Hierosolymitani, ex qua titulus regni perpetuò
apud posteros Siciliae reges manet. Circa hac tem-
pora Robertus D. Ludouici regis Francorum fra-
ter, Lutetia Sorbonam instituit.

Petrus Altisiodorensis.

Petrus Altisiodorensis uxorio iure innixus
(quando mascula proles nulla supererat)
ab Honorio pontifice ad Laurentij fanum
Roma imperij insignia accipit. Inde re-
diens, cum Dyrrhachium in Venetorum gratiam
frustra t̄etasset à Theodoro Lascare, qui se Adria-
nopolitanum ac Græcorum Imperatorem dicebat,
simulata pace, præter iusserandi religionem ac fi-
dem, in Thessalam comiter euocatus medio conui-
vio obtruncatur, imperij anno quinto.

Robertus.

Robertus patri Petro Altisiodorensi suc-
cedens, ac se se optimè gerens, ad paternæ
captiuitatis nuncium, Byzantium ad-
uolat. Hic sponsam unius ex suis purpu-
ratis proceris Burgundi, conscia matre rapit.
Quod agrè ferens Burgundus, cum domesticus in
regiam irrupit, nares pueræ abscidit, matrem quo-
nouii matrimonij conciliatrix erat, proximum in

*mare demersit. Quam iniuriam ulturus Robertus
Romam contendit. Inde remersus, in Achaea mor-
bo decepit, anno imperij septimo.*

Balduinus II.

Balduinus secundus patri Roberto suffici-
tur, qui quod iniurie esset, in regendo Im-
perio eductorem habuit Ioannem Bren-
num sacerorum, regem Hierosolymitanum.
*Quo extincto Balduinus solus imperium gessit,
atque tandem amisit. Nam proualentibus Gra-
corum armis, oppignerato Venetis filio & crucis Do-
minica parte, atque etiam omnibus templorum do-
naris, ingentem exercitum ad Bosphori fauces
objecit, sed bello perseverante, ac Michaële Palaeo-
logo instanti, in fines suos redire coactus est, sequen-
